vocamur. Aug. Medicina timoris hoīs est hũilitas christi. Erubeſcat hõ eē ſuperb⁹ qz hũilis fact⁹ ē de⁹. Ber. loquēs de iſta veſte ſuper illo vbo: paruul⁹ dat⁹ ē nobis. Studeam⁹ inqt effici ſicut paruul⁹ iſte. diſcamus ab eo qz mitis ē ⁊ hũilis corde. ne magn⁹ videlz de⁹ ſine cauſa factus ſit hõ paruul⁹. Yſaie. lxiiij. vtinā diſrũperes celos ⁊ deſcenderes a facie tua mõtes defluerēt. i. ſupbi hũiliarent. Charitas etiā veſtis ē valde ꝯueniēs in feſto iſto. vnde bern. loquēs de filio dei incarnato dicit. non hoc loco ꝑdicat Magnus dñs et laudabilis nimis: ſz paruulus dñs ⁊ amabilis nimis. Paruul⁹ vtiqz qui nat⁹ eſt nobis: ipe eſt mõ nobis oē amabile. ipe eſt pr̄ fr̄ dñs ⁊ miſter ꝑmiũ ⁊ exēplũ. Sũt aũt he tres veſtes nob̄ neceſſarie in hoc feſto: qz ī curia illa quā tũc tenebit eccleſia: erũt tria genera pſonaꝝ ſcz de⁹ angel⁹ ⁊ homo. hũilitas ꝗ erit neceſſaria: qua deo placeam⁹. hoc placuit ei Beata vgo. lu. ij. qz reſpexit hũilitatem ancille ſue. ⁊ cant. i. Dũ eſſet rex ī accubitu ſuo nard⁹ mea dedit odorē ſuũ. Nardus eſt hũilis herba. vñ hũilitatez ſignat. puritate vero placebit angelis. puritas enī angelis hoīez aſſimulat: ⁊ ꝗſi angelũ facit. Silitudo vere facit placere ⁊ amari. iuxta illud. i. eccl. xiij. Oē animal diligit ſimile ſibi. Charitate vero placebim⁹ hoībus. Amor enim ignis eſt. ignis vero nll⁹ accēdi nõ põt ꝗ igne. Sic nec amor null⁹ põt accēdi ꝗ amore. Sene. Si vis amari ama. ⁊ loquimur hic de ope dilectiõis. i. ioh. iij. Qui habuerit ſubſtãtiã mũdi hui⁹ ⁊ viderit fratrē ſuũ neceſſitatē habentē ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quõ charitas dei manet ī eo? Filioli mei nõ diligam⁹ verbo neqz lingua ſz ope ⁊ vitate. hec veſtis opit ſi ꝗd turpitudīs

erat in hoīe.puerū.x.vniū ſa delicta operit charitas. Ve illi qui ī tāta ſolēnitate nud⁹ appebit. Apoca.xvi. Beat⁹ q̄ cuſtodit veſtimēta ſua ne nud⁹ ambulet: et videāt hoīes turpitudinē ei⁹. D Tria ctiā feſta feſto natalis iuncta monēt nos ad charitatē: puritatē et hūilitatē. Feſtum beati ſtephani q̄ tāte charitatis erat q̄ genib⁹ flexis p lapidatorib⁹ ſuis orauit. monet nos ad charitatē. Feſtū iohis.qui ē virgo ad puritatē. Feſtū paruulorum innocētiū ad hūilitatem. De delicijs vero pparādis tāto hoſpiti in tāta ſolēnitate. Notādū q delicie ſūt ei eſſe cū filiis hoīm. Prouer. viij.nō cū porcis .i. luxurioſis.canib⁹.i. detractorib⁹. ſerpētib⁹ et bufonib⁹.i. cupidis circa terrena.amore et ſollicitudine repētib⁹ et ſuperbis qui diaboli veneno inflant. Jo.iiij.ego cibū habeo mādncare quē vos neſcitis. Cib⁹ ei⁹ eſt puritas bonorum opm. Canti.ij.dilectus me⁹ mihi et ego illi q̄ paſcit int lilia.i.inter bona opa pura intētiōe facta.q2 liliū ſex hab3 folia. Poſſumus ſpūalit hoc intelligere de ſex opib⁹ miſcdie.bri ſūt de miſicordes cū q̄bus de⁹ faciet ſolēnitatē: ventura in mltis inebris ſuis ſc3 in mltis paupib⁹.mat.xxv. qd vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. S3 mlti ſūt q̄ mltas expēſas faciēt vt diabolum ſplendide procurent in hoc feſto in mēbris ſuis ſc3 in ſupbis hoīb⁹. De⁹ aūt nō veniet ī hoſpitio eorum vbi caput reclinet. Spūaliter aūt laus et glorificatio apponēda eſt deo p delicijs in hoc feſto: Ps.xlix.nūquid mādncabo carnes thaurorum: aut ſāguinē hyrcorum potabo. īmo la deo ſacrificiū laudis. ad hoc facit qd tali die facta eſt multitudo celeſtis militie laudātiū et dicētiū.lu.ij. Oſtēdēs qualis eſſet opatio angelorū in celis vt ad

ſſem opationē ꝓuocarent hoïes ĩ terris. Ber. Nihil ita repñtet ĩ terris quedã celeſtis habitatõis ſtatũ ſi cut alacritas laudãtiũ deũ. Dauid pſ.lxvi.cõfiteant̃ ti bi popli de⁹: cõfiteant̃ tibi ppl'i oẽs. ⁊ ſubdit̃ cã cũ dr. terra dedit fructũ ſuũ. ⁊ lo quitur de cõfeſſiõe laudis. Terra dicit̃ btã ꝟgo q̃ de dit fructũ ſufficiẽtẽ ⁊ hoĩ bus ⁊ angelis ad eternam refectionẽ. Iſa.lij. gaude te ⁊ laudate ſimul deſerta hierſm parauit dñs brachi um ſanctũ ſuũ: in oculis oĩ um gẽtiũ. Incarnari fecit filiũ ſuũ ꝙ de⁹ multũ gl'ifi cãd⁹ eſſet ꝓ aſſũptione na ture hũane figuratũ eſt.iij. re.vi.in hoc ꝙ ſalomõ fecit duos cherubin in altarib⁹ arche habẽtes pedes obli catos ⁊ q̃ſi ad iubilãdũ ele uatos: vt ĩ tripudiis habẽt mlieres ſaltãdo iubilãtes. archa figurat dñicũ corp⁹ Duo cherubĩ iux̃ archã ſt̃ clerici ⁊ religioſi: filiũ dei factũ hoïem gl'ificãtes. ſic de⁹ ꝓ nobis ſe ſine mõ hũi liauit. Sic q̃ſi ſine mõ eum gl'ificare ⁊ exaltar̃ debem⁹ ¶ Et notãdũ ꝙ q̃drupli ci rõne multũ debem⁹ co nari ad recipiẽdũ tãtũ ho ſpitẽ in feſto iſto Priõ pro pter hoc ꝙ diu ẽ ꝙ eccl'ia ĩ cepit eũ ĩuitare nob̃ ſcʒ a ṗncipio aduẽt⁹ ⁊ p⁹ nõ fuit dies ĩ q̃ eũ nob̃ nõ ĩuitaret. vñ poſſit dicẽ q̃ſi ſe deriſuʒ eſſe ab eccl'ia: ſi nõ bñ rece perim⁹ eũ. Satis eñi habe mus de tpe ad ṗparãdum. Preterea ĩſtãtia ĩuitatõis reqrit diligẽtiã repatiõis. ſcdo ꝓpt̃ pſõe ſublimitatẽ altiſſim⁹ eĩ ẽ q̃ apd̃ nos ho ſpitari dʒ. ¶ Tercõ ꝓpt̃ hui⁹ hoſpitis vtilitatẽ. alij hoſpites auferr̃ ſolẽt. ſʒ cũ iſto hoſpite oĩa bona ve nerũt. iuxta illud ſapiẽ.vij. venerunt mihi pariter oĩa bona cũ illa. loquit̃ de ſapi entia increata que eſt fili⁹ dei. Quarto niſi hunc ho ſpitem habuerimus. peſſi mum habebimus hoſpitẽ: ſcilicʒ diabolũ. Ve illi cui⁹

hoſpiciū immūdꝰ ſpūs i tā ta ſolennitate īquinabit. Oīa bona in ꝯſpectu huiꝰ hoſpitis fugiūt quaſi ad= nihilantꝰ in hoſpicio ad qḋ ipe declinat. Tercio freq̄n tat eccl'ia verbūppoſitum vt hoīes intelligētes dñm ſuū eſſe prope: ceātobuiā ei Mat xxv. Ecce ſponſus venit exite obuiā ei. Obui am vadit chriſti qui exer= cet de opibꝰ illi aliqd quē ſolēt occaſionē are aduen tui eiꝰ. vt eſt ſecta medi= tatio orō vel aditꝰ verbi diuini. Nūeri. xi. Cū deſcē= deret nocte ſupaſtra ros deſcēdebat parer ⁊ mān= na. ros eſt ſermo dei ad mō dū roris ardorē cupiſcen tiarū refrigerā. ⁊ ad bōa opa fecūdās hc deſcēden te exteriꝰ mān. i. dei filiꝰ dulcedo aīe deſēdit interi us. Sed ſunt qidā qui cū deberēt deo īrobuiā: ob= uiāt diabolo frequtantes malas ſocietats. audiētes mala colloquia ⁊ alia exer cētes que ſolēt ēe occaſio peccādi. Plus amātes vt videt in hoc feſto hoſpitio ſuo recipe diabolū ꝙ deū. Et notādū ꝙ tribꝰ de cau ſis nō venit dñs ad aliquos licʒ ſit prope. Prio qꝛ ipſi fugiūt ab eo. ps̄. cxxxvi. ap propinquauerūt pſeq̄ntes me iniquitati a lege āt tua lōge facti ſunt. Prouerb. xxviij. fugit impiꝰ nemīe p ſequēte. Dauid. qui elōgāt ſe a te ⁊c. Secūdo qꝛ pctā eoꝝ hoc impediūt. Iſa. lix. nō eſt abbreuiata manꝰ dñi vt ſaluare neq̄at. neqꝫ agḡ uata eſt auris eiꝰ vt nō ex= audiat. Sʒ iniquitates vr̄e diuiſerūt inter vos ⁊ deuʒ vr̄m: ⁊ pctā vr̄a abſcōdet faciē eiꝰ a vobis ne exaudi ret. ¶ Tercio qꝛ nō inuo cat in veritate. Vitas inno catōnis eſt deſideriū. vñ in Vitate nō inuocat q̄ ore tā tū inuocat eum. Ps̄. cxlv. prope eſt dñs oībꝰ inuocā= tibꝰ eū: oībꝰ īuocātibꝰ eū ī Vitate. Nō venit dñs ad ho ſpiciū niſi vbi ſcit aduētuʒ ſuū deſiderari. Itē nō inuo

catur ab illis in veritate qui diabolũ innocãt ore ⁊ deũ ore. Hiere.xij. prope es tu ori eorũ ⁊ lõge a renibus.

¶ Dñica infra octauas natalis dñi. Sermo.xiiij.

q Uãto tẽpore heres paruul⁹ eſt nihil dif ferta ſeruo cum ſit dñs oĩm.ad gal.iiij. Modo recolit eccl'ia q̃liter ille q̃ ſi ne eſtimatiõe ẽ magn⁹ pro nobis paruul⁹ fact⁹ ẽ. Jdo legit in eccl'ia verbũ ꝑpoſitũ in q̃ oſtẽdit q̃liter paruul⁹ iſte ſe habuerit. Notãdũ ẽ ꝙ circa verbũ iſtud ꝙ heres dei pr̃is chriſt⁹ ſit.iuẋ illud verbũ ad heb.i.quẽ cõſtitu it herede vniuſorũ.et in pſ. ij.poſtula a me ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã. Heres iſte nihil differebat a ſeruo cũ eſſet paruul⁹.ſiĺis enĩ erat ceteris paruulis. licꝫ in eo eſſent oẽs theſau ri ſapiẽtie et ſciẽtie dei: tñ videbatꝰ ſapiã ꝑficere.iuẋ illud lu.ij. ieſus aũt ꝑficie bat ſapiã. Jta licꝫ oĩa poſ ſet tñ apparebat in eo na turalis impotẽtia loquẽdi et ambulãdi vt portaretur ab alio q̃ oĩa portabat.iuẋ illud lu.ij.tulerũt ieſum in hierl'm vt ſiſterent eũ dño. Jtẽ licꝫ dñs oĩb⁹ eſſet:ſub iectus tñ erat mr̃i ſue ⁊ fa bro.i.ioſeph.iuẋ illud lu.ij. deſcẽdit cũ eis ⁊ venit na zareth ⁊ erat ſubditus eis. Jtẽ licꝫ eſſet ſine oĩ macu la:tñ ſignũ macule hr̃e vo luit ſcꝫ cauteriũ circũciſio nis.iuẋ illud lu.ij.cũ cõſum mati eſſent dies octo vt cir cũcidẽtꝰ puer ⁊c. B Ber. Agn⁹ ſine macula.⁊ ſi non eguit tamẽ voluit circũci di nec veſtigiũ qui vulneꝶ habẽs vllũ.alligaturã vul neris nõ refugit. Nõ ſic im pii nõ ſic.nõ ſic agit ꝑuerſi tas elatiõis hũane. erube ſcim⁹ vulneꝶ alligaturã q̃ de vulnerib⁹ etiã interdũ gl'iamur:quẽ nemo põt ar guere de pctõ.ipẽ pctĩ re mediũ.⁊ verecũdiã pariẗ ⁊ auſteꝶ ſine vlla neceſſitate recepit: ⁊ nõ repulit cultꝶ lapideũ in q̃ ſolo vet⁹ illa q̃

eraderetur rubigo nõ ſit. Nos ĩpudẽtes ad obſcuritatẽ cſpe erubeſcim⁹ ꝫ ſ per penitẽtiã qḋ extreme emĩtie ẽ male ꝓni ĩ vulnera pe ius ad remedia verecũdi q̃ pctm̃ nõ fec̃: nõ digꝛ̃ ſe peccatorẽ reputare. Nos et eſſe volum⁹ et reparari nolum⁹. Item ille cui⁹ ſũt oẽs adminiſtratorij ſpũ angelici: miſtrare venitiu ꝑ illḋ mat. xx. fili⁹ hoĩs ꝛ venit miſtrari ſꝫ miſtrař. ſic planũ ꝙ chriſt⁹ dũ panul⁹ erat: a ſeruo in p̄dicti nõ differebat. In quo quadruplex exẽplũ daꝛ̃ fidelius. Primo daꝛ̃ eis exẽpl eq̃tatis ꝛ ſimilitudinis mande, in hoc ꝙ in p̄dicti ab aliis hominibus differri nõ voluit. Unde ad heb. ii. dicitur ꝙ debuit fratribu per oĩa aſſimilari. hoc nobis expediẽs fuit vt exẽpl et⁹ mox vniformitatẽ ꝛ ſitudinẽ amarem⁹. Ber. mator cõitatis et cõmẽdtor. quõ illã deſereret. homul tũ facit ad amorẽ ꝛ pcem Ecci. xiij. oĩe anĩal diligit ſilẽ ſibi. Pſ. lxvij. qui habitare facit vni⁹ moris in domo. Hiere. xij. nũquid auis diſcolor hereditas mea mihi. ideo ſi q̃ maiores videntur eſſe ĩ ꝯgregatione aliq̃ debẽt ꝓ poſſe ſuo ſe cõformare mĩorib⁹. Ecci. iij. q̃nto maior es hũilia te ĩ omnibus. Et. xxxij. rectorẽ te poſuerãt noli extolli: ſed eſto in eis q̃ſi vn⁹ ex eis. In pſ. tẽplũ tuũ mirabile in eq̃tate. Mirabiliꝛ̃ placꝫ deo eq̃litas in eccl̃ia dei. Mat. xx quicunq̃ voluerit pm⁹ eſſe erit vr̃ ſeru⁹. Et. i. cor. ix. cũ eſſem liber ex oĩb⁹ oĩm: me ſeruũ feci. ¶ Secũdo daꝛ̃ exẽplũ in hoc fidelib⁹ hũiliꝛ̃ abſcõdẽdi bona ſua vſq̃ ad tps opoꝛtunũ. Unde ber. loq̃ns ḋ h̄ ꝙ xp̃s voluit de nocte naſci dicit. vbi ſũt qui tã impudẽter oſtẽtare geſtiũt ſemetipſos. Tacet chriſt⁹ nõ extollit: non magnificat: nõ p̄dicat. Et ecce annũciat eũ angel⁹: laudat eũ multitudo celeſtis

militie. ⁊ tu ergo q̄ christū ſeq̄ris muētū abſcōde theſaur. aīna veſtiri. laudet te os alienū ſileat tuū. Iſaie xxi. erit vir ſicut q̄ abſcondit a vēto ⁊ celat ſe a tēpeſtate. Et in vitis patrū dr. ſicut theſaur⁹ manifeſtus minuit ita ⁊ virt⁹ q̄libet deperit publicata. Nā ſicut cera a facie ignis ſoluit ita et aīa p laudē reſoluta perit ab intēſione ſua. Sicut hō exterior dū paruul⁹ ē de facili pōt pire. ⁊ iō fouet diligēter. Sic ⁊ hō interior ex parua cauſa pire pōt. vñ diligēter ſeruād⁹ ē. Job. xv. ledet q̄ſi vinea ī prio flore botrus ei⁹ ⁊ q̄ſi oliua pijciens florē ſuū. vbi dic̄ Gre. ſi florētē vineā īmoderatū frig⁹ vel eſt⁹ penit⁹ attigerit. diſcuſſo flore botrus tabeſcit. Idē oliua cū ī flore eſt: ſi īmoderata nebula tāgit: fructu euacuat. ſic bona inchoātes ſi cepint laudib⁹ delectari: fructū pdūt opis velud ex nebula fauoris. Itē gre. ille dz publicare bonū qđ agit qui pfectā hūilitate fūdat ⁊ nulla elatiōe ptigit. Tercio dat fidelib⁹ exēplū amādi ſapiēt filios ſuos vt nō q̄rant eis ſuauia ſꝫ vtilia. Sic ei fecit pr̄ miſcdiarū filio ſuo dilecto. pauptatē ⁊ alias adūſitates prorſus ei eligendo. poti⁹ dꝫ pr̄ filiis ſuis puidere ī poſterꝫ q̄ꝫ ī pñti. cauē dꝫ ne ſit eis crudelit̄ miſericors. pū. xiij. q̄ pcit vge odit filiū ſuū. et ibidē. xxij. ſtulticia colligata ē ī corde pueri ⁊ vga diſciplīe fugabit illā. ⁊. xxiij. noli ſubtrahē a puero diſciplinā. Si ei pcuſſerſ eū vga nō morietur. Tu vga pcuties eū ⁊ aīaꝫ ei⁹ d īferno libab. ⁊. xxix. vga atꝫ correctō tribuit ſapiētiā. puer aūt q̄ dimittit volūtati ſue pfūdit mr̄em ſuā. eccs. vij. melior ē ira riſu. q: p triſticiā vult⁹ corrigit aī⁹ delinq̄ntis. i. melior ē correctō aſpa p̄ris q̄ꝫ blāda remiſſio vt patꝫ in heli ſacerdote qui remiſſe corripuit filios ſuos. i. regū. ij

dicēs. quare facitis res hu iuſcemōi ꝙ ego audio ⁊c. Ideo amiſit eos ī bello oc ciſos. ipſe ꝗ̄ cecidit de ſel la ⁊ fractis ceruicib⁹ expi‑rauit. vt legit. i. reg. iiij. Re fert etiā de qdā q ducebat ad patibulū ꝙ ſimulans ſe velle oſculari patrē ſuū: dē tib⁹ abſcidit ei naſū3 dicēs patrē eſſe occaſionē illi⁹ ſu ſpēdii q2 ſic corripuerat eū. Ecci. vii. filii tibi ſūt: erudi illos ⁊ curua vel cura illos a puericia: ꝯ. tūc cuī flexi biles ſunt ſicuti flexibiles ramuſculi in arborib⁹ quā do parui ſīt. ⁊ ibidē. Filie tibi ſūt ſerua corp⁹ illarū. et nō oſtēdas hilarē facie3 ad illas. ⁊. xx. eiuſdē. lacta filiū ⁊ pauētē te faciet lu‑de cū eo et contriſtabit te. Hiero. nimia familiaritas parit ꝯtēpū. Job. xxix. Si qñ ridebā ad eos nō crede bāt. Prou. xvi. vir iniqu⁹ lactat amicū ſuū: lactat in‑ꝙ lacte adulatōnis ⁊ ducit eū p viā nō bonā. Ecci. xxx q diligit filiū aſſiduat ei fla

gella vt letet in nouiſſimo ſuo ⁊ nō palpet proximorū oſtia. Itē ibidē. equ⁹ indo‑mit⁹ euadet dur⁹: ⁊ fili⁹ re miſſus euadet pceps. Itē ibidē. curua ceruicē in iu‑uētute ei⁹ ⁊ tūde latera eū infans ē ne forte induret ⁊ non credet tibi. Et nota ꝙ nō dicit tūde caput ei⁹ ſed latera. Nō eī pcutiēdi ſūt pueri ī capite ne infatuent ſed latera virgis tūdēda ſt Specialit aūt cauere dēt. parētes ne filiis ſuis nimis cito dēt ptātē. vñ ecci. xxx. nō des illi ptātē in iuuētu‑te. Et. xxxiij. filio ⁊ mulieri fratri ⁊ amico nō des pote ſtatē ſupra te in vita tua. et paulo poſt. Meli⁹ ē vt filii te rogēt ꝙ te reſpicē ī ma nus filiorum tuorum. Et notādū ꝙ pr q ex fatuo amore quē h3 ad filiū dimittit eū cor‑ripe: tali fatuitate laborat qualis fatuitas eſſet ſi vi‑deret eū pcipitari in aq̄ val de pfunda: ⁊ iō dimitteret eū pire ibi: q2 nō poſſet eu3 extrahere niſi per capillos

eũ trahendo. ¶ Quarto dat fidelib⁹ exẽplũ patienter ſuſtinendi aduẽſitates q̃ eis a deo dant. nec debent credere ex odio talia ſibi dari:ĩmo potius ex amore. cũ ſilia filio ſuo naturali deus dederit. De q̃ nulli dubiũ ẽ q̃n eũ dilexerit. Mat. iij.hic ẽ fili⁹ me⁹ dilect⁹ ⁊c. Sufficere dʒ filio adoptato ſi ſic a deo amet.ſicut filius naturalis ab eo dilect⁹ eſt.Unde dicit chriſt⁹ io.xv diſcipulis ſuis.Sicut dilexit me pr̄ ⁊ ego dilexi vos. qui ergo a deo flagellatur: nõ iõ ſe credat dei inimicũ ſed intelligat ſe eſſe paruuli ſenſu. ⁊ iõ neceſſariã ſibi flagellationẽ ad ſui inſtructionẽ ⁊ cuſtodiã eſſe datã corrigẽs amat nos de⁹ etiam irat⁹.Sed paruuli non pñt ſcire cũ emolumẽto q̄ ament ex patre.vñ pſ.xxx: q̄ magna multitudo dulcedinis tue dñe quã ⁊c.Aug. Quid nihil ſi flagellat cuſtodiens paruulos dñs q̃s grandes q̃rit heredes. flagellat hoĩem ⁊ erudit ⁊ cuſtodit. Iſaie.xxviij.vexatio ſola tñmodo dabit intellectũ auditui. Et hiere.xvi. ẽm aliã trãſlationẽ. ꝑ oẽ flagellũ ⁊ dolorẽ erudieris hierlm. Job.x.viſitatõ tua cuſtodiuit ſpm̃ meũ. Potius debet credere hõ q̄ de⁹ amet eũ cũ ab eo flagellet q̄ cũ ab eo nõ flagellatur. Apoc.iij. Ego q̃s amo arguo ⁊ caſtigo.Greg.cũ oĩs fortuna timẽda ſit: magis timẽda eſt ꝓſpera q̄ aduẽſa. hec eni ſeuiẽdo erudit: illa blãdiendo ſeducit.Sic magis amaret ille q̃ viſum corporalẽ redderet q̄ q̃ auferret. Sic magis videret amãda eſſe aduerſitas q̃ illuiat q̄ ꝓſperitas q̃ excecat.Greg. egris deſperatis quicq̃d petierint: medici dari ꝑcipiunt. ⁊ his q̃ ad ſalutẽ reducẽdi ſũt q̃ petierũt cõtradicunt.Quis niſi ſtult⁹ nõ poti⁹ velit ſibi fieri:a deo q̃ſi egro non deſperato q̄ q̃ſi deſperato. Idẽ ſepe omĩps de⁹ auare mẽti

cũ vehemẽter iraſcit̃ pmit tit cũcta ad votũ ſuppete re: ꝛ poſt ea ſupplicia tole rare. Et ſup illud iac. i. om ne gaudiũ ꝛc. dicit gloſ. ne indignemini fr̃es ſi mali ĩ mũdo florẽt ꝛ vos patimi ni: qꝛ nõ ẽ chriſtiane digni tatis his tꝫalib⁹ exaltari: ſed poti⁹ deprimi. Mali ni hil habent in celo. ꝛ vos ni hil in mũdo: ſꝫ ſpe illi⁹ bo ni ad qđ tenditis q̃cq̃d cõ tingat in via patienter fer re debetis. ſicut aliq̃s gau det poti⁹ ſe eſſe legittimuꝫ filiũ ꝙ adulterinũ. ſic poti us dꝫ velle flagellari ꝙ ꝓ ſperari. Filios enĩ ſuos le gittimos de⁹ flagellat. Ad heb. xij. ¶ Si extra diſci plinã eſtis: cui⁹ participes facti ſũt oẽs. ergo adulte ri ꝛ nõ filij eſtis vt dic̃ glo. Aug. q̃s fil⁹ eſt cui non de bet diſciplnam pater eſſe. Dat diſcipinã vt nõ aufe rat miſcdiam. cedit ꝯtuma cem vt reddat hereditatẽ. ſi ꝓmiſſa p̃ris agnouiſti nõ timeas flagellari: ſꝫ exhe redari. curre ſub manu pa tris flagellãtis qꝛ oĩm fla gellat erudit ad hereditã tẽ. Noli eſſe ita ſcutu ꝛ pue rili vt dicas: pl⁹ amat pat̃ me⁹ fr̃em meu cui pmittit facẽ q̃cq̃d vult ꝙ me: qꝛ ſi me mouero ꝯ iuſſionẽ ei⁹: flagella inuenio. poti⁹ gau de ſub flagellis qꝛ tibi ſer uat̃ hereditas. illis ad tps parcit q̃s in eternũ dãna bit. Prouẽ. xxvij. melio: a ſũt vulnera diligẽtis ſcꝫ dei ꝙ frauduleẽta oſcula odiẽtis ſcꝫ diaboli vel mũdi. Ideo deberẽt fideles multũ gau dere in tribulatiõib⁹. Unđ iob. xxxv. vbi ẽ de⁹ q̃ fec̃ me q̃ dedit in nocte carmĩa in nocte inꝙ aduerſitatis. et in pſ̃. xli. In die mandauit dñs miſcdiam ſuã et nocte cãticũ ei⁹. Et actu. v. ibant apl̃i gaudẽtes a conſpectu cõſilij: qm̃ digni habiti ſũt ꝛc. Dñica in qn̄q̃geſima in uenies ſmonẽ de illo x̃bo. pa cor. xiij. cũ eſſem paruu lus loq̃bar vt paruul⁹. De q̃ põt in hac dñica loq̃ ſi ne

ceſſe fuerit.

¶ Dn̄ica infra octauas epiphanie ſermo.xv. A

O Bſecro vos p miſericordiā dei ⁊c. ad ro.xij. Primo monet nos ad regimē corpis. qꝛ ſm Ber. Stat⁹ incipientiū circa corp⁹ ſe habet ꝓficiētiū circa aīam ſe exercet pfectoꝝ nō niſi ī deo requiē habet. Uiator pmo dꝫ ꝓuidere de eq̄ ne ſit ita laſcuı⁹ vt eū deiſciat. vnd in pncipio cauēdū ē ne hō faciat magnā dietā. Jn pmo vedit formā platis māſuete regēdi ſubditos. Sene. generoſus eſt anim⁹ hominis ⁊ in arduū atqꝫ cōtrariū nitens. faciliuſqꝫ ducit q̄ trahat. Ezech.xxxiiij. cū auſteritate ⁊ potētia imperabatis ⁊ diſpſe ſunt oues mee.iij.regū.xij. dicunt ſenes ad roboā. Si locutus fueris ad eos verba leuia erunt tibi ſerui cūctis diebus per miſericordiā. B Poteſt ſpecialiter intelligi illa miſericordia qua denus effudit ſanguinē ſuū ad abluendū peccata noſtra. ⁊ ſcdum hoc ad frangenduꝫ corda adamātia: ſanguine chriſti vtit: ſicut ſanguine hyrcino adamas frangi ſolet. Zach.vij. poſuerūt cor ſuū vt adamātē ne audiret legē. ⁊ ſecūdū eſt congruū adiuratio vt ei corpa nr̄a offeram⁹: qui ſuū ꝓ nobis ī cruce obtulit. Uel de mīa dei ſimplr poteſt intelligi. Solēt adiurare hoīes p id qd magis amant ⁊ cui magis tenent. ſic ampli⁹ adiurat hic p miſdiam dei quā maxīe debem⁹ amare. Obſecro vos p miſcdiaꝫ q̄ tot ⁊ tāta bn̄ficia nob ꝓtulit filiū di ꝓ nr̄a redēptōe vēdidit. ꝓ nr̄a viuificatōe occidit. ꝓ nr̄a ablutōe ſāguīeꝫ ei⁹ effudit. ⁊ corp⁹ ſuū q̄i clipeū ī cruce poſuit vt ꝓ nob ictū ſuſtīerꝫ cū īimici eēm⁹ ī filios di nos adoptauit. q̄ etiā nos int tot ⁊ tāta pericula cuſtodit. Treñ.iij. miſericordie dn̄i ſunt qd ꝯſūpti n̄ ſum⁹. ¶ Ut exhibeatiſ

corpa vr̃a hoſtiã viuentẽ: p charitatẽ ſanctã p purã intẽtionẽ placẽtẽ: p hilaritatẽ. hoſtiã mortuã offerũt qui dicũt qñ mortuꝰ fuero ſepeliar in tali religiõe. et dũ viuũt in pctĩs ſuis pſeuerãt. aĩa eiꝰ in inferno ſepelit: ⁊ cadauer vult ĩ loco ſacro ſepeliri. vel hoſtiam mortuã offerũt q̃ ſine charitate: q̃ eſt vita opm carnẽ ſuã macerãt: vel ieiunãdo vel pegrinãdo. vel penitẽtiã aliã. in ſudore vultꝰ ſui ⁊c̃. faciẽdo. Primũ intelligo ĩ eis qui in q̃drageſima tarde venũt ad peñitẽtiã. et magnã partem ieiunij q̃drageſimalis faciũt ĩ mortali. Secũdũ in illis qui vadũt ad ſanctũ iacobũ vl' romã: nõ pacificantes clamiores: ⁊ iniurias nõ attẽdentes. illud eccĩ. xxxiiij. qui offert ſacrificiũ de rapina q̃ſi q̃ victimat filiũ in ꝯſpectu patris. Terciũ in his q̃ de labore viuũt qui penitẽtiã a deo iniũctã in ſudore vultus ⁊ vi agũt. et ti ſic eam inutilẽ reddũt ꝙ ĩ mortali remanẽt. ⁊ non pñt lucrari regnũ eternũ. ſi extra mortale eſſent ⁊ bonã intẽtioꝫ haberẽt lucrarent aliquid tpale. Itẽ hoſtiã mortuã offerũt clauſtrales qui corpa habẽt in clauſtro et corda in ſeculo. corpꝰ enim mortuũ eſt qḋ ab aĩa vel corde ſepatũ eſt. hi faciunt iniquã partitionẽ vt chaim qui aĩas dãt diabolo et corpa deo. De talibꝰ nõ eſt mirꝫ ſi clauſtrũ ſit eis carcer vt magnũ dolorẽ ſentiunt cũ ipi continue ſuſtineant q̃ſi mortẽ. mors aũt eſt diuiſio corpis ⁊ aĩe. Hoſtiã ſanctã offerũt q̃ pura ĩtẽtione carnẽ macerãt. ſanctũ enĩ idẽ ẽ qḋ agis. i. ſine terra. Sũt qui aliq̃ terrenitate inquinant opa ſua: vt patet in illis q̃ pegrinationes faciũt cauſa ianis glorie. qui ex vna pegrinatiõe quã faciũt ad romã vel ad ſanctũ iacobũ: tpe vite ſue gl'iant. Silr multi quibꝰ nõ ſapet ſeruitiũ qḋ faciũt in

eccl̃ia. niſi aliq̃ lucro terre no cõditũ eſſet. tales ꝓ cõdimẽto cibũ quẽ deo ꝑpa-rãt: terra vł luto inquināt: et ſic illũ ei abhominabilẽ reddũt. De⁹ paſcit͛ opibus nr̃is bonis. vñ cibũ ei ꝑpa tam⁹ qñ opa bona facim⁹. ꝯtra tales dicit͛ in ps̃. xcv. tollite hoſtias ⁊ introite. ⁊ oſee. v. victimas decli͂aſtis in ꝓfundũ. mat. i. q̃s ẽ in vobis q̃ apiat oſtia mea ⁊ incẽdat altare meũ gratuito Bene placet hoſtia cũ aliquis carnẽ macerat cũ hilaritate. mat. vi. tu aũt cũ ieiunas vnge. ⁊c. ij. cor. ix. Hilarẽ enĩ datorẽ diligit de⁹. eccl̃i. xxv. in oĩ dato hilarẽ fac vultũ tuũ: illi q̃ cũ murmure ⁊ triſticia ⁊ amaritudine bona opa faciunt ponũt velut fel in eſca dñi que ẽ bonũ op⁹ ⁊ potãt eũ aceto acerbitatis et triſticie. ps̃. lxviij. dederũt ĩ eſcã meã fel ⁊ in ſiti ⁊c. ¶ Itẽ viuẽtẽ hoſtiã offert aliqui ꝑ bonã opatõnẽ. Sanctã. i. firmã ꝑſeuerãtiã. deo placentẽ vt hoſtia ſit ſine macula. ad quã eccl̃i. xxvij. hõ ſanctus in ſapiẽtia manet ſicut ſol ⁊c. vel hoſtiã viuẽtẽ per fidẽ ſanctã ꝑ ſpem deo placentẽ ꝑ charitatẽ. ¶ Nota q̃ quidã ſunt q̃ corpora ſua offerũt hoſtiã fetentẽ ⁊ hoc faciũt diabolo. vt luxurioſi et hypocrite qui ꝓpt͛ vanã gl̃iam ſe macerãt. ⁊ ĩ ſeruitio diaboli corpa ſua affligũt. Rationabile etiã honor regis iudiciũ diligit iudiciũ inq̃ diſcretiõis. io. xi. equos eoꝝ ſubneruabitis. caro debet debilitari ñ occidi. Iudi. iij. chananeus remãſit tributari⁹ ⁊ nõ eſt occiſus. ꝑ quẽ intelligit͛ caro q̃ eſt plena motib⁹. Interꝑtat͛ enĩ ĩ motu. eccl̃i. vij Non ledas aſinũ in ꝟitate opantẽ. In leuitico ꝑo. q̃cquid ſacrificij obtuleris ſale cõdies. Apoc̃. iiij. aĩalia habebãt oculos ante et retro. oculos habẽt tm̃ retro qui attẽdẽtes multa ⁊ magna pctã q̃ fecerũt volẽtes ſe punire ꝓut illa exigunt

ſe omnino inutiles reddunt ⁊ nõ attẽdũt ꝙ opoꝛtꝫ eos deo ſeruire ⁊ frib⁹ ſuis. vñ carẽt oculo anťioꝛi. lu.xiiij quis ex vobis volẽs edifi=care turrim ⁊c. Cãti.v. di=giti mei pleni ſť mirrha ꝓbatiſſĩa. qñ fit cũ diſcretõe ꝗ ꝑ digitos ĩtelligiť ad qđ ſignãdũ ꝑferẽť cerci cruci

¶ Jtẽ ſermo de eadem epiſtola.xvi. A

Nolite ꝯformari huic ſeculo. ad ro.xij. Notãdum ꝙ cõfoꝛmatio hui⁹ ſecl'i ſic fit. Mũdus iſte foꝛnax eſt babilõica ꝗ ꝗttuoꝛ fomẽtis ſuccẽdiť ſcꝫ napta malleolis: pice ⁊ ſtupa. Naptã vocam⁹ qđ remanet de oliuis cum oleũ exꝑmiť ſcꝫ oſſa cũ fece vel amurca. ⁊ ſignat pecu=niã a ꝗ ſi ſepareť oĩm mũe vſus qđ ĩ oleo ſignať nihil aliud remanet ꝙ fomentũ ignis infernalis. Ja.v. aurũ ⁊ argentũ nr̃m eruginauit. ⁊ erugo eoꝝ erit in te=ſtimoniũ vobis ⁊ mãduca=bit carnes vr̃as ſicut ignis

Malleoli ſũt ſarmenta vineaꝝ ⁊ ſignãt ſecularẽ po=tentiã que q̃ntũcũqꝫ ſit magna indiget tñ ſuſtentari a ſubditis q̃ſi paxillis. Po=tentes hui⁹ ſeculi ſi ad modũ palmitũ ſtipiti. i. deo adhereãt. magnũ fructũ faciunt in eccl'ia dei. q̃tũ eniꝫ ad coꝛpa ſũt loco dei ſicut clerici quãtũ ad aĩas. ſi vero a ſtipite ſepareť: fomẽtũ ſũt ignis infernalis. B

Jn pice 2o ꝗ nigra eſt ⁊ ĩ=quinat ⁊ accẽſa tetrũ facit odoꝛẽ: luxuria deſignať ꝗ magne ẽ infamie. vñ vocať macula in eccͦo. xlvij. vbi dicitur. inclinaſti femoꝛa tua mulierib⁹. ⁊ ſubdiť. dediſti maculã in gl'ia tua. Jn ſtu=pa 2o intelligitur vanitas gl'ie ſecl'aris ꝗ cito trãſit. Sicut ſtupa cito trãſit ad ignẽ. Jn foꝛnace iſta ſufflatoꝛ ẽ diabol⁹. de q̃. liiij. iſai. Ego creaui fabꝛũ ſufflãtẽ ĩ igne pꝛunas. Jn foꝛnace iſta pꝛoijciť aurũ ⁊ argẽtũ ſcꝫ innocẽs. ⁊ egrediť inde vitul⁹ hõ ſcꝫ van⁹ ⁊ laſciu⁹

vt legit in exo. Jtē notādū
q̄ aliq̄ ſunt q̄ cōformare ſe
volūt vnicuiq; in malo. hi
ſūt ſil'es camaleoni q̄ videt
talis coloris q̄lis res ē iux
quā eſt. Jpi etiā ſimie ſunt
diaboli ꝯ quib⁹ ſimis legi
tur in reg.x. q̄ ſalomoni of
ferebant dētes elephātoꝝ.
et ſimie ⁊ pauones. p̄ q̄ in=
telligunt tria vitia q̄ abun
dāt in eis qui freq̄ntāt cu=
rias. Jn dētib⁹ q̄ cādorē p̄
ferunt ⁊ tn̄ ledūt ſignātur
v̄ba adulatōis ⁊ deceptio
nis q̄ q̄ſi cādorē ſimplicita
tis ⁊ dulcedīs p̄tēdūt ⁊ tn̄
nociua ſūt. Jn ſimiis v̄o in
telligunt q̄ volunt imitari
q̄cq̄d vanitatis vidēt fieri.
Jn pauonib⁹ intelligunt q̄
de magnitudīe caude.i.mł
titudīe ſocioꝝ glīāt ⁊ cōfor
matō mala p̄hibet. Deut.
xxij. vbi legit. vir n̄ vtet ve
ſte femiea. nec mł'ier īduet
veſte virili. Abomiabil' ei
eſt apd̄ deū q̄ fac hec. Scīi
hoīes q̄ viriles debēt eē nō
debēt ſe ꝯformare malis i
vanitatib⁹ eoꝝ. nec mali de
bēt ꝯformari bōis p̄ hypo=
criſī. ℭ Jtē nōdū q̄ huic
ſeclō nō debem⁹ nos ꝯforma
re q: ſcłm iſtō mōſtrū ē ha
bēs faciē retro nō añ. ⁊ ca=
put deorſū ⁊ pedes deſur=
ſū. caro eī ſpūi dn̄at i ama=
torib⁹ h⁹ ſcł'i. Jtē oclos hꝫ
maiores q̄ vētrē. plura eī
expēdūt ad paſcēdū ocłos:
q̄ ad paſcēdū vētres. Mū
dus ē beſtia illa de q̄ legit
apoc.xiij. q̄ hēbat capita.vij
⁊ cornua.x. ⁊ ſup cornua e⁹
x. dyademata. ⁊ ſup capita
ei⁹ noīa blaſphemie. ⁊ erat
ſil'is pardo. ⁊ pedes ei⁹ ſic
pedes vrſi. os ei⁹ ſic os leo
nis. Jſ̄ ctōr beſtia ē q̄. figu
ratū ē dañ.iiii. in nabucho
donoſor. q̄d enī beſtiali⁹ eſt
hoīe q̄ rōnē hꝫ ⁊ rōe n̄ vigꝫ
vij. capita ſt.vii.vitia q̄ pec
catori dn̄ant. vii. eī dn̄oi hꝫ
ex q̄ ꝯſtat eū i mag̃ ſuitute
eē caput ſuū ſcꝫ xp̄ꝫ luxuri
oſus a ſe āputat ⁊ q̄ corp⁹
porci ſibi coaptat ⁊ ſic d̄ ali
is vitiis. x. cornua ſunt trāſ
greſſiones decalogi quib⁹
peccator deum impugnat.

decē dyademata ſup decē cornua: ſignāt gl'iam quaꝫ pctōres habēt de pctīs ſuis. Nomīa dō blaſphemie ſūt verba quib⁹ pctōres ſe excuſant ⁊ deū accuſāt. In pardo vero qui ē varij coloris intelligit varietas ⁊ duplicitas q̄ eſt in mūdo iſto. habēt enī hoīes aliud ī corde ⁊ aliud in ore. ⁊ aliud dicūt hic ⁊ aliud dicūt ibi. pedes vero habēt ſiſes vrſo. manib⁹ hūanis ſil'es ſūt pedes vrſi. Sic pctōres opa habēt ſīl'ia opib⁹ hoīm. potiꝰ tñ opa eoꝝ opa beſtiarū ſūt. Man⁹ hoīm maiorē diſcretionē ⁊ diſtinctionē habēt q̄ pedes beſtiaꝝ vt q̄ſi a nat̄a īſtruāt̄ hoīes q̄ potius cū diſcretōe debeāt operarī q̄ beſtie. Pctōres tñ ꝯcupiſcētiā ſuā ſequuntur abſq; diſcretione q̄ſi bruta anīalia. Ipi ad modū dulci mel tp̄alis dulcedīs ſequūtur vſq; ad mortē. Os dō eoꝝ vt os leonis. Fetet eī quātū ad mala dba. ⁊ patulū eſt q̄ ad guloſitatē. vñ in pš. xiij. ſepulchꝛū patēs eſt guttur eoꝝ. ſepulchꝛū dicitur q̄ ad fetorē verboꝝ. patēs q̄ ad vitiū gule. Seq̄t. Sed reformamini ī nonitate ſenſus vr̄i vel mētis vr̄e. Nota hāc eſſe viā ad reformationē ymaginis dei. Ignē ſpūs ſancti oportet in corde hoīs ſuccēdi. de q̄ igne dicit dñs. ignem veni mittere in terrā: ⁊ quid volo niſi vt accēdat̄. Ad ſuccēdendū multū valet verbuꝫ dei. vnde eloquiū dñi inflāmauit cū. ⁊ iteꝝ. ignitū eloquiū tuū vehemēter. Deinde niſi materia ſit valde dura: ſufficit vt recta forma imprimat̄ qđ fit qñ exēpla bona ante oculos hoīs ponant̄. p̄cipue vero valet ad hoc exēplū chriſti. ipe eī eſt ſpecioſus forma p̄ filiis hominū. Ber. q̄ formoſum in forma mea te agnoſco dñe ieſu. nō ſolū ꝓpter diuīa q̄bus effulges miracula: ſed etiā ꝓpter dītatē ⁊ māſuetudinē ⁊ iuſticiā. Itē beat⁹ ē dñe ieſu q̄ te hoīeꝫ inter

hoīes ꝯuerſantē diligēter obſeruās ꝓ viribꝰ.ſe pbet imitatorē tui. Augꝰ.ſūma religiōis eſt imitari quem colis.alij ſancti errare potuerūt ſed nō chriſtꝰ. vnde ipē dicit. qui ſequit̄ me nō ambulat ī tenebris. Poſt exempla multū valet ad reformationē ymaginis eſſe in bona ſocietate. Si autē cor ſit nimis durū: necē eſt vt malleatio diſcipline vel alterīꝰ tribulatiōis addat̄. ¶ Notandū tñ ꝙ in ꝗbuſdā clauſtris malleat̄ ſuper frigidū ferrū.abundat enī ibi diſciplina: ſed deeſt ibi verbū dei:p qd̄ fornax diuī amoris ſuccendat̄. Deſunt ibi etiā recta exēpla ⁊ ideo nō eſt ibi reformatio. Vnd̄ pū.xxvij.ſi ꝯtūderis ſtultū ꝗſi tipſanas in pila feriēte deſitp pilo ñ auferet̄ ab eo ſtulticia eiꝰ. Sequit̄. Vt ꝓbetis ꝗ ſit volūtas eiꝰ ⁊c. Cū reformatio fiat per dei imitationē ⁊ nō poſſumus imitari in ſapiētia vel potētia.cōſequens eſt vt imitemur eū in bona volūtate.⁊ ideo ſubdit̄. vt ꝓbetis ⁊c. ꝑa io.iiij. chariſſimi nolite credere oī ſpiritui ſed probate ſpūs ſi ex deo ſūt. Volūtas dei bona dicit̄ qꝛ nō vult niſi bonū. beneplacēs vero eſt illis qui intelligūt et expti ſunt.pfecta vero ē in oī bonitate vt nihil ea ſit meliꝰ vel bona pōt dici volūtas eiꝰ qua vult ſanctificationē nr̄am. ꝑa theſ.iiij. hec eſt volūtas dei ſanctificatio vr̄a. hec volūtas dei bona ē.et miſcōia plena cū pctōr mortē meruit. ⁊ dñs ꝓ morte ſanctificationem requirit. Ezech.xviij. nolo mortem pctōris ⁊c. Voluntas dei beneplacēs eſt que vult vt hō inſtet bonis opibus p̄cipue opibꝰ miſcōie. vnde in oſee.vi. miſcōiam volo ⁊ nō ſacrificiū. ⁊ hier. p̄o.ego dñs qui facio miaꝫ et iudiciū ⁊ iuſticiā ī terra. hec enim placent mihi. ¶ Perfecta aūt volūtas eſt qua dñs vult vt hō ꝓ amore eiꝰ pauptatē ⁊ alia ma=

la pene volũtarie aſſumat. Mala etiã ſibi illata a ꝓximo patiẽter ſuſtineat. matthei. xix. ſi vis ꝑfect⁹ eẽ vade ꝛ vẽde om̃ia q̃ habes et da pauperibus. ꝑa theſ. v. videte ne quis malũ ꝓ malo reddat. Et ſequit. Hec eſt volũtas dei in chriſto ieſu: ꝛc. Specialit aũt videt ꝑtinere hoc verbũ vt probetis ꝛc ad clauſtrales. ad q̃s dicit. Nõ eſt vtrũ lãguere circa oĩa ꝓcepta: nec attendere quid de⁹ ꝓcipiat: ſed qđ velit. ꝓbãtes q̃ ſit volũtas dei bona bene placẽs et ꝑfecta nõ plus ſape ꝗ̃ oportet ſape. ꝑa cor. viij. ſciẽtia inflat. Iſido. iij. lib. ethim. credere debem⁹: diſcutere ꝓhibemur. Prouẽ. xxv. ſicꝫ qui comedit multũ mel et nõ eſt ei bonũ. Sic ꝑſcrutator maieſtatis opprimet a gloria. Prouẽ. xxiij. non erigas oculos tuos ad opes: quas habere nõ potes. Et xxv. Mel inueniſti comede qđ ſufficit tibi. Et. xxx. qui nimis emũgit elicit ſãguinẽ. eccs. vij. dixi ſapiẽs efficiar ꝛ ipa lõgi⁹ receſſit a me Eccli. iij. altiora te ne q̃ſieris

¶ Itẽ ſermo de eadem epl'a. xvij. A

Sicut eñ in vno corpore ꝛc. Vtit apl's ſilitudie ſumpta a mẽbris corpis ad oſtẽdendũ quõ fideles qui ſũt ĩ corpore eccl'ie ſe debeãt ad inuicẽ habere. Attẽdẽde ſũt igit diligẽter ꝓprietates mẽbroꝝ. Notãdũ ergo ꝙ mẽbrũ vnũ nõ inuidet alit mẽbro. ꝛ ſi ñ habeat idẽ officiũ qđ illud habet. Si enĩ oĩa mẽbra vnicũ haberent officiũ: eſſent q̃ſi vnũ membrũ. vñ. i. cor. xij. Si totum corp⁹ ocul⁹: vbi audit⁹: ꝛ ſi totũ audit⁹: vbi odorat⁹: ꝛ poſt. Si eſſent oĩa vnũ mẽbrũ vbi corp⁹: et hic dicit: oĩa mẽbra nõ eũdẽ actũ habẽt. B Secũdo nullum mẽbrũ corpis actũ ſibi appropiat. imo ocul⁹ ẽ ocul⁹ oĩm mẽbroꝝ alioꝝ et ſic de aliis mẽbris. imo cũ ocul⁹ cetera mẽbra videat: ipe ſo

lus ſibi inuiſibilis ē. Sic fi deles ſe ⁊ ſua debent cõica re aliis fidelib⁹. Vñ hic dr. Multi vnũ corp⁹ ſum⁹ in chriſto. ſinguli aũt alter al teri⁹ mẽbra. Itẽ vnũ mem brũ alij ſuũ officiũ nõ vẽdit ſed gratis dat. Sic deberꝫ eſſe inter fideles. Sꝫ aliť ē hodie. Mich. iij. principes ei⁹ in munerib⁹ iudicabãt. ⁊ ſacerdotes ei⁹ ĩ mercede docebãt. ⁊ ꝓphe ei⁹ in pe cunia diuĩabãt. ℭ Quar to mẽbrũ vnũ leſuꝫ ab alio ſe nõ vindicat. Sic etiã dꝫ eſſe in mẽbris eccřie. vñ ad ro. xij. nulli malũ pro malo reddẽtes. Quito mẽbra ĩ firmiora abũdãtiori hono re honorant ⁊ magis neceſ ſaria ſunt. pª coꝛ. xij. q̃ vi dent mẽbra infirmiora ne ceſſariora ſũt. et q̃ putam⁹ igbiliora eẽ mẽbra corpis: his honorẽ abũdãtiorẽ cir cũdam⁹ ⁊c. ⁊ hic dr. hono re inuicẽ ꝑueniẽtes. Amb. nõ ē frn⁹ amor niſi mutuis mẽbra ſe ꝑueniãt obſeqis. Sexto vnũ mẽbrũ cõpatiť alij ⁊ ꝯgaudet. pª coꝛ. xij. ſi quidẽ patiť vnũ mẽbrũ cõ patiũť ⁊ oĩa mẽbra. ſiue gľi atur vnũ mẽbrũ ꝯgaudẽt ⁊ alia mẽbra. ℭ Septimo vnũ mẽbrũ reputať ſibi fie ri qđ fit alijs: ſiue ſit bonũ ſi ue ſit malũ. vñ ſi ledať pes: dič os: cur me ledis. ſi laue tur regĩať lauanti. Sic dꝫ eſſe inť fideles. Vñ dicit ca put eccřie mat. xxv. qđ vni ex minimis meis feciſtis ⁊ mihi feciſtis. ℭ Octauo tãt⁹ eſt amor inť mẽbra qđ vnũ ꝓ alio ſe exponit picu lo. ꝑcipue min⁹ nobile pro nobiliori vt man⁹ ꝓ capite In mẽbris etiã eccřie ipm caput ꝓ pedib⁹ morti ſe ex poſuit. Nono vnũ mẽbꝝ ci bũ ſuſceptũ aliis membris cõicat. ſic vn⁹ fideľ alij bõa ſua cõicare dꝫ. vñ dr. neceſ ſcõꝝ cõicãtes. ℭ Decio ſi vnũ mẽbꝝ ãpli⁹ đ cibo q̃ꝫ đ beat retineat ad malũ ſuũ retinet illđ. eſt ei eĩ occaſio apoſtematis vel alteri⁹ in firmitatis. ſic etiã ē inť fi deles. Unde eccľ. v. Eſt et

alia vanitas peſſima quaz vidi ſub ſole diuitie conſeruate in malū dñi ſui. vn decimo nihil tātum timet mēbrū vnū ꝙ ab aliis mēbris ſepari. Si enī ſeparatū ſit inutile eſt: nō viuit. ñ ſentit. nō viuificaꝛ niſi a ſpiritu a q̄ cetera mēbra viuificanꝛ. Aug. nihil ſic debꝫ formidare chriſtian⁹ ꝙ ſeparari a corpore chriſti. ꝟ Duodecimo tremit totum corpus cū vni⁹ mēbri ſeparationē ꝑuidet. ſic timere debet totū corp⁹ eccl'e cū aliquē fidelē videt ſepari a ſe vel ꝑ mortē vel ꝑ excōmunicationem.

¶ Dñica ꝑma poſt octauas epiphanie ſermo dē eadem epiſtola.xviii. ꝟ

Qui preeſt in ſollicitudine ꝑſit ſupple. ad roma.xii. Nota ꝙ ſollicitudinē ſolis illis q̄ ꝑſunt appropriat. Gubernatur enī nauis vigilat aliis dormiētib⁹, aliis quieſcētib⁹ laborat. Similiꝛ et paſtor cuſtodit vigilias noctis ſup gregē ſuū luce.ii. dū alii dormiūt. Idē verū ē de illis qui in caſtris vigilāt velut vigiles eccl'e ſūt illis qui ꝑſunt. Unde cā.iii Inuenerūt me vigiles qui cuſtodiūt ciuitatē. Sollicitudo magna q̄ debet eſſe i illis qui ꝑſunt innuiꝛ cū dicitur in pſ.cxli. non dormitabit neqꝫ dormiet qui cuſtodit iſrael. ꝟ Et notandū ꝙ duplex ē ſollicitudo. ſecularis ſcꝫ ⁊ ſpūalis. De ſeculari legiꝛ mat.vi. nolite ſolliciti eē dicētes. quid mādūcabim⁹ aut quid bibemus ⁊c. Iſta nō debet eſſe in veris fidelib⁹. primo qꝛ tpalia acceſſoria ſūt regno dei. vnde ibidē. primo q̄rite regnū dei ⁊ iuſticiā eius et hec oīa adiicienꝛ vobis. ſecūdo qꝛ hec ſollicitudo auffert maiorē ſollicitudinēꝫ vnde.i.cor.vii. qui cū vxore ſua ſūt ſolliciti ſūt. Preterea hec ſollicitudo habꝫ turbationē. vnde dñs lu.x. martha martha ſollicita eſ et turbaris erga plurima.

Itē q2 dñs ſollicit⁹ ē ď his
qui ſollicitudinē ſuā in eo
ꝓijciūt. ꝑa pe.v. oēm ſolli=
citudinē ꝓijciētes ī eū qm̄
ipi cura ē de vob̄. Et pſ.
liiij. iacta cogitatū tuuz in
dño. Aug. ꝓice te in deum
nō eſt iſte crudelis vt te eri
piat ⁊ te cadē ꝑmittat. ¶
Sollicitudo vō ſpūalis mł
tiplex dz eſſe in his qui ꝑ=
ſunt. Prīo ſolliciti debent
eſſe de cuſtodia aīaꝝ ſuarū
in maiori ꝑiculo ꝙ ſūt alij.
Totū enī pōdus ꝑlij vſuz
eſt in ſaul vt legit in fine
ꝑmi reg. illi aūt qui ſūt ad
modū vigilū qui caſtra cu=
ſtodiūt: debent timere ſibi
tā ab hoſtib⁹ ꝙ a dño. Ab
vtriſqꝫ enī vigiles puniun
tur ſi dormiētes īueniunt.
Deut.iiij. cuſtodite ſollici=
te aīas vrās. Itē oportet
eos ſollicitudinē hr̄e circa
deū. cui⁹ cuſtodes ſūt ī ꝓū.
xxvij. Qui cuſtos ē dñi ſui
glīabit. Mich.vi. indicabo
tibi o hō quid ſit bonū. Et
poſt pauca ſubdit. ſollicite
ambulare cū deo tuo. Ab

ꝑcipue neceſſariū eſt his q̄
ꝑſunt: q2 tales familiarius
debent adherere deo. ¶
Itē oportet eos ſollicitos
eſſe circa familiā magnaz
quā habēt vt ei ꝓuideant
de cibo nō debent eſſe ſine
ſollicitudine. qui mille aīa
bus de cibo tenent ꝓuide=
re. Jo.vlt. dictū ē petro pa
ſce oues meas. Preterea
ad maiorez ſollicitudinem
monet hoc ꝙ infirmi ſunt
illi quoꝝ ipi curam habēt.
Sene. tm̄ hñt negocii ꝗn=
tū medic⁹ ī peſtilētia. Alia
ſollicitudo deb3 eſſe circa
ſubditos vt eos a demoni=
bus defendāt. Jo.x. mercē
nari⁹ aūt cui⁹ nō ſunt oues
ꝓprie videt lupū veniētē ⁊
dimittit oues ⁊ fugit. Itē
oportet eos ſollicitudinez
hr̄e quō poſſint deo rōnem
reddere. ipi enī puigilant
rationē reddituri ꝓ aīis.
ij. ad thīm.ij. ſollicite cura
teipm̄. ꝓbabilem exhibere
deo opariū incōfuſibilē ⁊c.
Sequit. ¶ Qui miſeret
in hilaritate ſuppie ſubue=

niat.ij.cor.ix. hilarē datorē diligit deus. Quattuor debet attēdere ille a q̄ pauper petit elemoſinā. Primo qui ſpectat. qm̄ de⁹ matt. xxv. qd vni ex minimis meis nō feciſtis mihi nō feciſtis. Et iterū. qd vni ex minimis meis feciſtis ⁊ mihi feciſtis. Hiero. Quotiēſcūq; manū paupi extendis chriſtū cogita. Secūdo cogitare dz quid petat de⁹. qm̄ ſuum petit nō tuū. vn̄ valde ingrat⁹ ē qui abūdāter habet ad mēſam de bonis domini: ⁊ tñ nō vult dare modicū panis dño petenti. ¶ Tercio dz cogitare ad q̄d petat nō petit ad dandū ſꝫ ad mutuādū cum cētupla vſura. Vñ aug. miſer homo quid feneraris hōi: fenerare deo ⁊ cētuplū accipies ⁊ vitā poſſidebis eťnā. Mirū eſt q̄ ꝯomūes nolūt accōmodare deo ad talē vſurā ad qualē accōmodarent iudeis et ſarracenis ſi hoc poſſent facē ſine pctō. Auguſ. chriſt⁹ dicit tibi. da mihi ex eo qd dedi tibi. d meo quero ⁊ mihi nō donas. de meo q̄ro da mihi ⁊ reddo. habuiſti me largitorē faç me debitorē. habeā te feneratorē. pauca mihi das plura reddā. tpalia mihi das: eterna reſtituā. hoc verbū auguſtini ptinet ad ſecūdū ⁊ terciū mēbrū. ¶ Quarto debet cogitare q̄ ipē debet petere a deo regnū eťnū. qui mō petit ab eo modicū panis: ⁊ ſi negat deo hoc modicū: de⁹ negabit ei et regnū. Prouer. xxi. dicitur. qui obturat aurē ſuam ad clamorē paupis: clamabit ipē ⁊ nō exaudieť. Sapiens. ne dubites cū magna petas ipēdeť parua. Preterea cogitare debet a quo de⁹ petat elemoſinā. Si diabol⁹ i aliq̄ diuite q̄ eſſꝫ mēbrū ei⁹ veniret ad mēſā ei⁹ q̄ ipoꝛtune ipē iuitaret eū et q̄ſi dilaniaret. Itē quaťr de⁹ larg⁹ fuerit nobis i ſua paupertate qñ dedit ſemetipm ⁊ ꝑ redēptiōe nr̄a vēdi voluit. Sequiť. Bñdici-

te pſequētib⁹ ⁊c. Bts mo=nemur bñdicere ⁊ qꝛ bñfi=ciſūt nobis. ⁊ qꝛ a deo īde mercedē non expectāt.

¶ Dñica prima poſt epiphaniā ſmo ȯ epl'a.xix. A

Ui tribuit in ſimplicitate q̄ ꝑeſt in ſollicitudine. ad ro.xij. Qui tribuit tribuere dꝫ in ſimplicitate future gloꝛie. nō i duplicitate pñtis ⁊ future. Et notādū ꝙ tribuere dona q̄ ſūt magni valorꝭ dei eſt vel etiā ei⁹ q̄ vicē ȯi tenet. Jac.i. oīe datū optimū et oīe donū pfectū de ſurſum ē. Sen. qui dat bñficia deū imitat̄. Uicē dei te=nēt ſacerdotes: ⁊ qȯammō ſunt dij terre. Un̄ i ps̄.xlvi. dij terre vehemēter eleuati ſunt. Et ſup illō mat.xvi vos aūt quē me eſſe dicitis dicit glo. interl'. vos aūt ab aliis diſcreti: nō hoīes ſed dij. Unde ſacerdotū eſt dare dona que ſunt magni valoꝛis quod ipſum nomē innuit. Sacerdos enim dicit̄ quaſi ſacroꝝ datoꝛ. Sacer=dotibus vero ſpecialit̄ neceſſariū eſt vt dent in ſimplicitate recte intētiōis ea que dāt. Nihil enī magis ē expediēs eccleſie ȯi ꝙ hec ſimplicitas. Matt.vij. ⁊ luce.xi. Si oculus tu⁹ fuerit ſimplex totū coꝛp⁹ tuū lucidū erit. Ocul⁹ eccl'ie doct⁹ eſt. nihil āt magis nocꝫ eccl'e ꝙ ꝯtriū huic ſimplicitati. vn̄ ſequit̄. ſi oculus tu⁹ nequā fuerit totū coꝛpus tuūꝫ tenebꝛoſum erit. Nihil autē magis placet ſpōſe eccle=ſie ꝙ hec ſimplicitas. Cāt. iiij. vulneraſti coꝛ meum in vno oculoꝝ ſcꝫ ſimplici intētiōe cleri. Ocul⁹ vn⁹ ē q̄ reſpicis ad illā vnā. De q̄ ps̄.xxvi. vnā petij a dño ⁊c. et ad illō vnū de q̄ lu.x. vnū eſt neceſſariū. hec ſimplicitas mltū fac̄ ad eccl'ie pul=chꝛitudīem. Cāt.i. ecce tu pulchꝛa es amica mea ecce tu pulchꝛa es ocl'i tui colūbaꝝ. B Ocl'i eccl'ie in tribus ſolēt aſſimilari oculis columbe ſcilicet in rutilātia vl' rubicūditate. flāmei

enī erāt zelo aīar.Uñ geñ. penul. pulchriores ſūt oculi ei⁹ vino. Et apoc.i.oculi ei⁹ velut flāma ignis.Scđo in h ꝙ libenter erāt ſuper aquas doctrine. Canti.vi. oculi ei⁹ ſicut colūbe ſuper riuulos aquarū. Tercio in ſimplicitate intētiōis. De quo cōmēdat iob.i. vir ſimplex ⁊ rect⁹ ⁊c.Et apl'i monent mat.x. eſtote inqt ſimplices ſicut columbe.Huic ſimplicitati opponit duplicitas illa q̄ eſt in illis q̄ duobus dñis volūt ſeruire ī eccleſia dei.Cōtra illud mat. vi.nemo pōt duob⁹ dñis ſeruire.Ecci.ij. ve duplici corde ⁊ pectori ingredieti terrā duab⁹ viis.Oſee.x.diuiſũ ē cor eoꝝ nūc īteribūt. Huic etiā ſimplicitati opponit turbonitas ⁊ obliqtas viſus.⁊ faciē hodie reddit valde deformē celeſti ſpōſo q̄ egra reſpicit ad ſiniſtrā tpaliū: cū credit reſpicere ad dextrā ſpūaliū. et reſpicit ad terrā cū credit reſpicē ad celū.mat.vi. neſciat ſiniſtra tua qđ faciat dextera tua. Solebant oculi eccl'ie reſpicē ad celū et iō oculo mīe de⁹ ſe habebat ſup eā. In pſ.xxxi. Firmabo ſup te oculos meos. glo.nō auferā oculos tuos a me. ſed mō ſtatuerūt oculos tuos declinare ī terrā. Nūc impletū ē illud oſee.v victimas declinaſtis in ꝓfundū. Et illud in eodem greg.quaſi tinea effraim:⁊ quaſi putredo domui iuda Jā eni deū reputare nō vident vt ꝓ amore ei⁹ aliqđ facē velint.ſicut putredo ñ reputat. Mal.i. quis eſt in vobis qui claudat oſtia: et incedat altare gratuito cōtra prauitatē intētiōis. ꝓhibuit dñs leui.xxi. ne lippus vel albuginē habēs in oculo: accederet ad ſacerdotale officiū.

¶ Item ſermo de eadē epiſtola viceſimus. A

q Ui pēſt in ſollicitudine ſpuple pſit p̄latis. ro.xij. Sollicitudo appropriatur hic ⁊

vulgariter dicit͛ ꝙ cura da tur alicui qui ꝑlat⁹ aliquoꝝ efficit͛. Cura aũt idẽ eſt qḋ ſollicitudo. nihil tñ ꝑtinet ad eos ꝙ ipſi ſint ſolliciti. Ipi enĩ ſũt vigiles qui cu= ſtodiũt ciuitatem. Cant͛.iij. vnde eis cõuenit vigilare qñ alii dormiũt. ipi enĩ ſũt paſtores et debẽt vigilare ſup gregẽ. Vñ luc.ij. talib⁹ nũciata ẽ chriſti voluntas. Gen.xxxi. dicit iacob. q̄ fu= it bon⁹ paſtor fugiebat ſõ= nus ab oculis meiſ. Ipi eti am ianitores ꝛ ianitori ꝑ= cepit dñs vt vigilaret. mat thei.xiiij. nõ dormitabit ne ꝙ dormiet qui cuſtodit iſrl͛ Et dicit apoc.iij. animalia erãt plena oculis ante ꝛ re tro. Rector nauis vigilat: aliis dormiẽtib⁹. Ad hanc ſollicitudinẽ vl͛ vigiliã mo nent͛ ꝑlati exẽplo dei ꝛ an= geloꝝ ſãctoꝝ. De ṗo Ber. cogitem⁹ ſup nos opa tri= nitatis ꝛ videam⁹ ꝙ̄ ſolli= cita fuit illa maieſtas ne nos ꝑderet in eternũ. Et ĩ ps.ix. annũciate inter gen tes ſtudia ei⁹. De ſecũdo ĩ ps.xc. angelis ſuis manda uit de te ꝛc. De tercio ha= bem⁹ exẽplũ in paulo.ij. co rint.xi. ꝑter illa q̄ extrĩſec⁹ ſunt inſtãtia mea q̄tidiana ſollicitudo oĩm ecc͛liarum. Col͛.ij. volo vos ſcirẽ qua lẽ ſollicitudinẽ habeã ꝓvo bis. Actu.xx. vigilate me= moria retinẽtes: qm̄ ꝑ triẽ niũ nocte ꝛ die cũ lachry= mis monẽs vnũquẽꝙ vr̃m E Et notãdũ ꝙ ſollicitu= do quadrupl͛r neceſſãria ẽ ei qui ꝑeſt. Pr̄io circa ſui cuſtodiã. Deut͛.iiij. cuſtodi temetipm ꝛ aĩam tuã ſolli cite. Cuilibet neceſſaria ẽ hec ſollicitudo. qꝛ q̄ ſe ha= bet nihil ꝑdit vt ait ſeneca et qui ſe ꝑdit nihil lucrat͛. Sed ṗcipue neceſſariũ eſt ei qui ꝑeſt: qꝛ q̄nto aliq̇s in loco ſupiori tãto in ꝑiculo maiori verſat͛ vt ait greg. Totũ enĩ põdus ꝑlii v̄ſum eſt in ſaul.ꝑi reg.xxxi. Et ꝑ cuſſo paſtore grex diſꝑgit͛. zach.xiij. Et duce ꝑcuſſo vi cit͛ exercit⁹ vt patet in ho=

loferne. Iudit. xiiij. vñ vni ca mulier cõfuſionẽ facit i tota eccl'ia. cuȝ ducẽ eccl'ie occiderit. Vñ multũ cauẽ dũ eſſet his q̃ p̄ſunt. Iura-uerũt filij iſrl' q͏ꝫ dauid non exiret in p̄liũ: ne eo interfe cto cõfuſio fieret in pop'lo dei. Sic diligẽter dꝫ cuſto dire q̃ p̄eſt ab occaſiõe pec-cãdi ne caſu illi⁹ ruina fiat in pp'lo. Secundo circa bo na a deo ſibi tradita. ij. thi. ij. ſollicite cura teip̄m exhi bere ꝓbabilẽ. i. cõmodabi-lẽ opariũ icõfuſibilẽ recte tractãtẽ verbũ ỽitatis. re cte tractat qui ſm̄ audito-rũ capacitatẽ ỽba ſua for-mat. et qui gladio ỽbi diui ni prudẽter ⁊ viriliter vti tur. Hier. xviij. maledicit̃ q̃ ꝓhibet gladiũ ſuũ a ſãgui-ne. Et. xxiij. ſi nota feciſſẽt pp'lo meo ỽba mea: auertiſ ſem vtiqꝫ eos a via ſua ma la. Hier. xv. ſi ↄuerteris cõ uertã te. Itẽ recte ỽbũ di tractat q̃ ad gl'iam ⁊ ſalutẽ aĩaꝝ vtit̃. ij. coꝝ. ij. nõ ſum⁹ ſicut plurimi adulterãtes ỽbũ dei. ❡ Tercio circa deũ. ꝓu. xxvi. q̃ cuſtos ẽ dñi ſui gl'abit̃. Mich. vj. indica-bo tibi o hõ q̃d ſit bonũ ⁊c̃. Et ſubdit̃. Et ſollicite am-bulare cũ deo tuo. ⁊ leui. x. ſanctificabor in his q̃ ap-propinquãt mihi. i. ſanct⁹ apparebo in illis q̃ mihi aſ ſiſtũt nõ tolerãdo maliciaȝ eoꝝ vt apparuit in duob⁹ fi liis aaron occiſis a deo: eo q͏ꝫ obtuliſſent ꝯ̄ p̄ceptũ dñi cũ ignẽ alienũ. Hic nõ auer-tũt q̃ tot ⁊ tãtas irreuerẽ tias faciũt circa altare tẽ-plũ ſalomonis vbi nõ erat corp⁹ xp̄i ſꝫ ſola figura ar-cha ſcꝫ totũ erat tectũ au-ro ⁊ corp'alia ⁊ alia q̃ ſũt ho die in eccl'ia ſordida ſunt. Quarto circa gregẽ ⁊ hoc mlt'iplr'. p̄mo vt de cibo ei ꝓuideat. io. vi. paſce agnoſ meos ⁊c̃. Nõ dꝫ eẽ ſine ſol-licitudĩe q̃ hꝫ ꝓuidẽ tan te familie. Scd̃o vt cuſtodiat Io. x. dr̃ de mercennario q̃ videt lupũ veniẽtẽ ⁊ fugit. ꝓu. vi. diſcurre feſtina. ſolli cite dꝫ indrẽ gregis pieta. Deut. xiij. q̄re diligẽt̃ ⁊ ſol licite rei ỽitatẽ ⁊c̃. Itẽ dꝫ

eē ſollicitᵒ de reddēda rōe
Ad heb.xiij. ipi puigilāt.i.
rōnē reddituri ꝑ aīabᵒ ve
ſtris. Circa quā rōnē red=
dēdā mltū pñt timere tri=
bus de cauſis. Primo
q: grex valde ꝑ̄ſul ē ⁊ carᵒ
deo. Actu.xx. attēdite vob
et vniūſo gregi in quo vos
ſpūs ſctūs poſuit epos re=
gere eccl'iam dei quā acqſi
uit ſāguīe ſuo. Secūdo q:
ꝑpigriciā in q̄ ipi ſūt. Ter
cio ꝓpꝭ minas q̄s deᵒ fecit
pigricie coꝝ. Jo.criſ. o pla
te tanto igni ſubmittis ca
put. Miror ſi quē ꝯtigerit
de his q̄ pncipalr ſaluanꝭ ī
tātis minis ⁊ tanta pigri=
cia. Uideo tñ currētes ī pi
cula cōminationū. Sap.vi.
iudiciū duriſſimū his q̄ ꝑ̄=
ſunt fiet ibidē. potētes po=
tēter tormenta patienꝭ. iij
reg.xx. Cuſtodi virū iſtū q̄ ſi
lapſus fuerit erit aīa tua
p aīa eiᵒ. Hiere.xiij. vbi eſt
grex q̄ datᵒ ē tibi. Dic dñs
malo paſtori. ⁊ elᵒ dē.xxxiij.
adhuc trāſibūt greges ad
manᵒ nūerātis. Jō mltū de
bēt gaudere de ꝑfectu ſub
ditoꝝ. Iſa.lxi. iſti ſūt ſemen
cui bñdicit dñs. iō gaudens
gaudebo ī dño. Joh.iij. ma
ioꝛē hoꝝ ñ habeo grāz q̄ ſi
audiā filiū meū ī ỽitate ā=

Itē aliᵒ ſmo de eodē ỽbo.xxi. [bulare.

Qui miſeꝛ ī hilaritate. A
ad ro.xij. Nōndū q̄ e=
lemoſina duodecī bōa fac.
ꝓpꝭ qđ mltū eſſet elemoſi
nis īſiſtēdū. Prīo pctō ob
ſtat. eccl.iij. ignē ardētē ex
tīguit aq̄ ⁊ elīna ſiſtit pec
cato. Scđo deū placat. ꝓu.
xxi. munᵒ abſconditū extin
guit iras ⁊ donū ī ſinu īdig
tiōez maximā. Tercio bōa
tpalia mltiplicat. lu.vi. da=
te ⁊ dabiꝭ vob. ꝓu.xi. alii di
uidūt ꝓpa ⁊ ditioꝛes ſiūt.
alii rapiūt ñ ſua ⁊ ſp ī ege
ſtate ſꝭ. Nō āt eiᵒ pōt eē q:
bonᵒ elīnariᵒ fidelr diſpen
ſat pauca bōa ſibi ꝯmiſſa. ⁊
iō mēꝭ ſr mlta ꝯſtitui. mat.
25. iij.re.xvij. illi vidue q̄ he
liā pauit farīa ⁊ oleū nō de
fecerūt. Quarto grāz
conſeruat. Unde eccl.xxix.

dicit de elemoſina.gfaȝ eᵒ quaſi pupillā conſeruabit. Quito diabolū impugnat eccī.xxix.dicit d̄ elemoſina Sup ſcutū potētis ⁊ ſuper lanceā aduerſum inimicuȝ ꝑ te pugnabit. Sexto ea q̄ petit a deo impetrat. Eccī xxix.cōclude elemoſinaȝ in ſinu paupis ⁊ exorabit pro te. Et iſaie.lviij.frāge eſurienti panē tuū ⁊c. ⁊ ſubdit. tūc inuocabis ⁊ dñs exaudiet.clamabis ⁊ dicet.ecce aſſum. qꝛ miſericors ē deᵒ tuᵒ. Et ſup illud pſ̄.xlij.iudica me deᵒ ⁊ diſcerne.gloſa in fine. Si vis volare orationē tuā ad deū:fac illi duas alas.ieiuniū et elemoſinā. Septimo ad bñfaciendū hoīb' facit ꝓuerb.xxij. qui pronᵒ ē ad miſcdiaȝ benedicet. Octauo ad bonuȝ finē hoīem ꝑducit. Un̄ ſup illud pa ad thim̄.iiij. pietas ad oīa valet. Dicit ambro. qui pietatē ſequit ſi multū carnis patiat. vapulabit q̄dē ſed nō ꝑibit. Hiero.non memini me mala morte vidiſſe mortuū qui liberaleȝ ante duxerit vitam. Nono morienti ſocietatē fac. Ambro. nō ſunt bona hoīs q̄ ſecū ferre nō pōt. Sola mīa comes eſt defunctoꝝ. Decimo in infernū ire nō ꝑmittit. Thob.xij. dicit. ipa qd̄ nō ꝑmittit ire in tenebras Undecīo ī iudicō libat ⁊ bñdictionē impetrat. In pſ̄. cxi.beatᵒ qui miseret ⁊ cōmodat diſponit ſermones ſuos in iudicio: qꝛ ī eternū nō cōmouebit. Specialiter fiet diſceptatio de opibus miſcdie. Matt.xxv.venite bñdicti prīs mei ꝑcipi.⁊c. ¶ Duodecimo locū in regno celorū aſſignat. Eccī. xvi. miſcdia facit vnicuiqꝫ locū ſm̄ meritū opm ſuoꝝ. et ſm̄ intellectū ꝑegrinatiōis illiᵒ. Et vt breuiter dicat:pietas ad oīa vtilis eſt ꝓmiſſionē habēs vite que nūc ē ⁊ future. pa thim̄.iiij Itē notandū ꝙ q̄ttuor dꝫ attēdere ille a q̄ paup petit elemoſinā. Prīo q̄s petat:qm̄ deᵒ. Matt.xxv.qd̄

vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Jtē quod vni ex minimis meis nō feciſtis nec mihi feciſtis. Pietro.quotiēſcūq; manū pauperi extēdis chriſtū cogita Secūdo dʒ cogitare qd petat.qm̄ ſuū petit nō tuum. vnde valde ingratᵒ eſt qui de bonis ſuis abūdāter hʒ ad mēſam ſuā et tñ nō vult dare modicū panis deo petēti. Aug.dicit tibi chriſtᵒ Da mihi d eo qđ dedi tibi. de meo q̄ro ⁊ mihi non donas.da ⁊ redde.habuiſti me largitorē facito remuneratorē. Tercio ad qd petat. qm̄ nō ad dandū ſed ad mutuandū ⁊ ad cētuplas vſuras. Aug.miſer hō qd feneraris hōi:fenerare deo et cētuplū accipies ⁊ vitā eternā poſſidebis. Mira ingratitudo hoīm qui nolūt accōmodare deo ad tales vſuras ad q̄les accōmodarent iudeo vel ſarraceno. Quarto dʒ cogitare q ipē hʒ petere a deo regnū eternū q̄ mō petit ab eo modicū panis:⁊ ſi negat ad hoc modicū:deᵒ negabit ei regnū ſuum. Prouẽb.xxi.qui obdurat aurē ſuā ad clamorem paupis:clamabit et ipē nō exaudiet. Sap. ne dubites cū magna petas impēdere parua. Preterea dʒ cogitare ille a q̄ elemoſina petitur:ſi diabolo in alio dtuite qui eſſet mēbrū eiᵒ veniret et ad mēſam eiᵒ q̄ importune. ipē inuitaret eū ⁊ q̄ſi dilaniaret. Jtē q larguſ fuerit nobis deᵒ in ſua pauptate qn̄ ſeipm nobis dedit ⁊ ꝑ redēptiōe nr̄a vēdi voluit. Jtē notādum q elemoſina dari ſolet cū hilaritate vultᵒ. Ecci.xxxv. in omi dato fac hilarē vultū tuū. Et.ij.cor.ix. hilarē datorē diligit deᵒ. Aug.q̄ dat vt careat tedio interpellātis ⁊ nō vt reficiat viſcera indigētis:⁊ rem ⁊ meritū pdit. Jtē cū ſermonis dulcedine. Ecci.iiij.declina paupi ſine triſticia aurē tuā ⁊ redde ei r̄pſcifica māſuetudīe. ⁊ eiuſdē.xviij.

tigerit quaſi ſterqͥliniū ī fi ne perdet. In pſ.xxx.retri buet abūdāter faciētibꝰ ſu perbiā. Et notandū ꝙ ma= nus dñi potēs ē ad exaltan dū ⁊ ad hūiliādū.ad exaltā dū ſi te humiliaueris.et ad hūiliādū ſi te exaltaueris. Luc.xiiij.oīs qui ſe exaltat hūiliabit ⁊c. Sequit. Oēm ſollicitudinē ⁊c. Lu. xij. nolite ſolliciti eſſe anie vr̄e qd mādu.neqȝ cor.v.q. induamini. Sequit. Ipſi ei eſt cura de vobis. Nota ꝙ triplex cura eſt deo de nob Pria cura ꝓuiſiōis q̄ du= pliciter ad deū ptinet ſcilȝ iure paternitatis ⁊ dominij. de iure enī nāli ad patrem ptinet filiis prouidere niſi culpa eorū hoc impediat. Mat.vi.nolite ſolliciti eſſe dicētes:qd mādncabimus aut qd ⁊c. ſcit enī pr̄ vr̄ qr his oībꝰ indigetis. Ad do minū etiā ptinet neceſſa= ria ꝓuidere his q̄ ſibi debi tū mō ſeruiūt.ſerui eſt cogi tare vt volūtatē dñi ſui im pleat.dñi vero eſt cogitare vt ſeruꝰ neceſſaria habeat. Secūda cura ē ſanationis. ſi tñ ei infirmitates nr̄as hūiliter cōfiteamur et ſalu bri eiꝰ cōſilio obtēperemꝰ. Boetiꝰ. ſi opam medican= tis expectas opoꝛtȝ vt vul nus detegas. Aug. ſcit ce= leſtis medicꝰ qd nobis da= turꝰ ſit ad cōſolationē ⁊ qd ſubtractur ad exercitatio nē.nō enī hō ſine cauſa iu= mēto ſuo cibaria detrahit. Inchoauit chriſtꝰ ſaluatio nē nr̄am ⁊ iā ſibi multū cō= ſtitit. Vñ ſape debemꝰ ꝙ eā pficiet niſi p culpā noſtrā ſteterit. Iſai.liij. liuoꝛe eiꝰ ſanati ſumus. Oſee.vi. ipſe cepit ⁊ ſanabit nos. Ter= cio cura regimīs ſi tñ fla= gella eiꝰ patiēter ſuſtinea= mus. Aug. quid mir ſi fla= gellat cuſtodiēs paruulos dñs q̄s grādes q̄rit hēdes Qui refugit flagellari re= fugit ab eo regi. Ad heb. xii. ſi ex̄ diſciplinā eſtis cu= ius participes facti ſt oēs: ergo adulteri ⁊ nō filii eſtj. ¶ Itē notādū ꝙ ſex mo

dis debet hō sollicitudinē suā in deū ꝓijcere. Prīo ſi eū amiſit vt ſollicite eū q̄rat. Cāt.iij.ſurgā ⁊ circuibo ciuitatē p vicos ⁊ plateas querā quē diligit aīa mea. Jſai.lv. q̄rite dn̄m dū inueniri pōt. Secūdo vt ſollicite ab eiᵒ offenſa caueat. ad qđ valet ſi vera fide añ cōſpectū eiᵒ ſe oīa facē credat. Mich.vi. Jndicabo tibi hō q̄d ſit bonū ⁊ q̄d req̄rat a te: vtiq3 facē iuſticiaȝ et diligē mīam et ſollicite ambulare cum deo tuo. Jn pš.xv. ꝓuidebā dn̄m in cōſpectu meo ſēp. Tercio vt mādata eiᵒ ſollicite impleat. Ecc̄i.vi. cogitatū habe in p̄ceptis dei ⁊ in mandatis illiᵒ maxīe aſſiduᵒ eſto. ⁊ eiuſdē.iij. q̄ p̄cepit deᵒ cogita illa ſp. Quarto vt que magis placēt deo hō inquirat. Ecc̄i.ij. qui timēt dn̄m inquirēt q̄ bn̄placita ſūt illi. Quīto vt habitaculū ei p̄paret. i. regū.vij. p̄parate corda vr̄a dn̄o. Et ecc̄i.ij. q̄ timēt dn̄m p̄parabūt corda ſua ⁊ in ꝯſpectu illiᵒ ſctificabūt aīas ſuas. Sexto q̄ mō ei rōnē reddat. Lu.xvi. redde rōnē villic. tue. Job ix. verebar oīa opa tua ſciens q᷑ nō parceres delinquēti. Et in pš.cxi. beatus vir q̄ miſeꝛ ⁊ cōmodat diſſer. tu. ī in. Sequiꝛ. ¶ Sobrij eſtote. Nota ſobrietatē hōi valde neceſſariam ⁊ amādā. Prīo ꝓpꝛ eiᵒ vtilitatē. vnū enī ē illoꝝ q̄ttuor quibᵒ nihil vtiliᵒ eſt in vita hoībus. Sap̄.viij. Alia tria ſunt iuſticia prudētia ⁊ virtus ſiue fortitudo. Secundo ꝓpꝛ eiᵒ honeſtatē. ſobrietas enī res ē valde honeſta ⁊ iō valde grata deo et angelis eiᵒ. Sap̄. ſi cibis ⁊ potibᵒ parce vteremur et immaculatos nos cuſtodiremᵒ: frueremur ꝯſortio ⁊ affabilitate deoꝝ. i. angeloꝝ. Tercio ꝓpꝛ crapule noxietatē. Ecc̄i.xxxvij. ꝓpter crapulā m̄lti obieꝛt. crapula dr̄ q̄ſi cruda epula.

Jtē ſer. de ea. epi. lxi.

v Jgilate: q2 aduſa

vr dlabo.ꝛc.i.pe.v. In his verbis facit eccl'ia tres exhortatões respectu hostis inuiſibilis. Prĩa ẽ ꝙ vigilẽt qḋ neceſſariũ ẽ qꝛ aduſari⁹ circuit. Job.i.circuiui terrã ꝛ pambulaui eã.prouerb.iiij.oĩ custodia serua cor tuũ. Scḋa ẽ vt reſiſtãt qḋ neceſſariũ ẽ qꝛ q̃rit quẽ deuoret ꝛ iõ oĩb⁹ virib⁹ reſiſtẽdũ eſt ne ip̃e intret. vñ ſequit. Cui reſiſtite fortes. hier.vi.crudelis ẽ ꝛ nõ miſerebit. B Tercia eſt vt ſcuto fidei ſe muniãt.quod neceſſariũ ẽ. qꝛ hoſtis iſte ĩuiſibilis eſt. Fides ꝟo lumẽ ẽ q̃ ea videnꝭ q̃ alicui inuiſibilia ſũt. Nõ ſine fide: vedet hõ cec⁹ ẽ. Qui huic pugne inuiſibili ẽ inutilis mõ ..es in hoc bello inuiſibili ..em doctũ reddit ꝛ ideo ..tẽ. Prouẽ.xxiiij.vir ſapiens fortis ẽ ꝛ vir doct⁹ robuſt⁹ qꝛ cũ diſpoſitiõe initꝭ bellũ. ꝛ erit ſal⁹ vbi multa conſilia. Jõ bñ dꝛ fortes in fide qꝛ de fide viua videꝭ eẽ ..ligẽdũ. Fides eĩ mortua quõ aliquẽ fortẽ redderet.i.ioh.v.hec ẽ victoria q̃ vicit mũdũ fides nr̃a. Ad eph.vi.in oĩb⁹ ſumẽtes ſcutũ fidei ꝛc. ¶ Circa p̃mã ꝟo exhortationẽ notãdũ ẽ ꝙ vigilia iſta attẽdiꝭ ĩ aptione ocl'oꝝ ĩterioꝝ ꝛ ſtrẽuitate.ſtrẽnuitas ꝟo attẽdiꝭ in viuacitate ad bona agẽda ꝛ agilitate ĩ fugiẽdo picula. Si q̄s ꝟo ſõnolẽter ſẽtiat ſe ſõno huic vigilie oppoſito q̃ttuoꝛ mõis p̃t ſe excitare. p̃rio ꝟga illa ḋ q̃ hꝭ hieꝛ.i. q̄d vides hieremia. et ſubdiꝭ.ꝟgã vigilãtẽ ego video. hec ꝟga pena ẽ purgatoriĵ vl' ĩferni q̃ mltũ deberet hoĩes euigilare. Sꝫ duo ſũt q̃ mltotiẽs ĩpediũt ne euigilẽꝭ. obliuio ꝛ ĩmoꝛſio. de q̃ ĩpedimẽto dicit dḋ lxxvij.nũq̄d ꝯgſceẽꝭ ĩ tene. mirabi.tua ꝛ iuſticia tua inter.obli. Merito dꝛ ꝭra illa ꝭra obliuiõis ĩ q̃ iuſticie dĩ obliuiſcũꝭ aq̃ inceſſãꝭ ferimur. Percuſſit de⁹ adã ꝟga iuſticie ſue ſcꝫ miſꝭia p̃ſenti:nõ tñ de groſſo virge

ſue: et tñ totũ gen⁹ hũanũ vix pōt portare ictũ illum: immo oēs de ictu illo mori mur. Quid ergo erit qñ de groſſo virge ſue percutiet nos de⁹. ⁊ qñ trãſit⁹ virge erit fundat⁹ vt dr̄ iſai.xxx. Virga dñi in pñti ĩ trãſitu eſt: ſꝫ in futuro fũdabit. qꝛ in eternã penã i...tabitur. Inſipientiores videmꝰ eſſe pueris ꝗ dei iuſticiã non ti mem⁹. ℞ Pueri enĩ ti mēt ſaltē dũ xgar ſũmitates in dorſo habēt. nos aũt ſũmitatē virge qua de⁹ ho minē pcuſſit habem⁹ ĩ dor ſo ſcꝫ famem ſitim ⁊c. et tñ deũ nō timem⁹. a remotis cōſpiciũt virgã diuĩe iuſticie ꝗ quaſi tenēt ſe ĩ initio vite ſue. interponētes ĩter ſe ⁊ vitã futurã totã vitã ꝗ ſperãt ſe victuros. talis erat ille euãgelic⁹ ꝗ dicebat aĩa mea multa bona habeſ poſita in annos plurimos: cũ nō ſupeſſet vn⁹ dies vite ſue. Nō deberet ſe ponere ĩ finevite ſue p mortis medi tationē dicēdo. ponat ꝙ in hac nocte moriar ꝗ iturus ſum. ⁊ ſic e primo deberet penã purgatorij vel inferni inſpicē: ⁊ ſic poſſet excitari. Sen. ſũma ſapĩa ē aſſi dua mortis meditatio. ¶ Secũdo chriſti exēplo. Ad heb.xij. rcogitar eũ ꝗ talē ſuſtinuit a pctõrius aduer ſus ſeipm cōtradictionē vt nō fatigemini animis vr̄is deficiētes. Hũc modũ exci tãdi inſinuat dñs mat.xxvi dicēs. nō potuiſti vna hora vigilare mecũ. Cũ dño vigi lat ꝗ ei⁹ exēplo vigilãter ⁊ ſtrēnue ſe habꝫ. Tercia pi culoꝝ pſentiũ cōſideratiōe quē modũ excitãdi dñs inſinuat mat.xxvi. dicēs vigi late ⁊ orate ne intretis ĩ tē tationē. ¶ Tria multum ſolēt hoīes excitare ſcilicꝫ ignis aqua ⁊ latrones. que picula ſepe ſpiritualir nobis imminēt. et vix ē dies ĩ quo fluct⁹ cogitationũ ma laꝝ caput cordis nō opanr vix ei ē dies in quo paruoꝝ deſiderioꝝ ignis ĩ domo c.. ſciētie nō ſuccēdar. L..

vero infernalis ſēper adeſt
Luce. xij. ſi ſciret pr̄ famili
as qua hora fur veniret: vi
gilaret vtiq₃ ⁊ nō ſineret ꝑfo
di domū ſuā. Ber. nō debet
dormire neq₃ dormitare qui
cuſtōdit iſrl': q₃a nō dormit
neq₃ dormitat q̄ ipugnat iſ-
rael. ¶ Quarto ꝯſidera
tōe q̄ctis eťne hūc modū ex
citādi īſinuat. Ber. dicens
vniūſū tēp⁹ penitētie eſt q̄-
dā vigilia ſolēnitatꝫ magne
eťni ſabbati qd̄ p̄ſtolamur
nec cauſaberis diuturnita
tē vigilie. Si eťnitatē ſolē-
nitatis attēdas: libēter vi-
gilare debēt amici dei ī mū
do iſto. cū p̄s. cxxvi. q₃ cū
dederit dilectis ſuis ſōnuꝫ
tūc in pace dormiēt et requie
ſcent. p̄s. iiii.

Dn̄ica iiii. poſt oct. pen.
Sermo. lxx.

On ſūt cōdigne paſ
ſiones hui⁹ tēporis.
⁊c. Ro. viij paſſiōes
amare ſūt ſed tn̄ ſalubres ⁊
ideo nō ꝓiciēde: ſed aliquo
cōdiēde vt hō poſſit eis vti.
Gregori⁹. ſi querim⁹ dulcia
neceſſe eſt vt amara tollere
mus: exēplū de ſymia q̄ ſē-
tiens corticē nucis extra ⁊
nō nucleū eā ꝓicit ex q̄ ac-
cidit qd̄ nūq̄ guſtat de nu-
cleo Sic aliq̄ guſtantes tri
bulationē amarā proiciūt:
⁊ ſic nūq̄ guſtāt de dulcedi
ne premii. Heb. xij. omis di
ſciplina ī preſēti videtur nō
gaudii ſꝫ merorꝫ poſtea fru
ctū pacatiſſimū ⁊c. Quadru
plici ſalſa cōdiende ſunt tri
bulatiōes. ¶ Prima eſt
eterni ſupplicii cogitatio ⁊
hec eſt pū gitiua generat eī
timorē. p̄s. ii Reges eos in
virga ferrea et merito quia
nolūt regi virga directiōis
virga aurea cui⁹ extēſio ſi-
gnū eſt clemētie: vt habet ī
heſter Nolunt diſciplinā q̄
a naufragio liberētur: ideo
apprehēdētes eos q̄ſi aqua
ſopia. Job. xxvii. virgā ꝓi
ciūt ſed mutabit in colubrū
in mortē eťnā. Scd̄a eſt ꝯſi
deratio premii q̄ eſt aroma-
tica ſpecies generās amo-
rē q̄ minuit vim flagellorū
ſcd̄m Gregoriū. ii. cor. iiii.

id quod in preſēti.etc̄ et hic dicitur. Nō ſūt cōdigne ⁊c̄ ¶ Tertia eſt cōſideratio paſſionis xp̄i. Greg. ſi paſſio dei ad mēoriā reuocetur nihil adeo durū qḋ non eq̄ aïo tolleret. Quarta eſt mltiplicis vtilitas ſeu fructus quē habet tribulatio. et poſſūt dici.xii. Prim⁹ eſt purgatio. Ecc̄i.ii. in dolore ſuſtine et in hūiliatē patientiā habe: qm̄ in igne ꝓbat̄ aurū et argentū: hoïes vero receptibiles ī camīo humiliationis. Sed de q̄buſdā poteſt dici illud. Hiere. iiii. fruſtra cōflauit ɔflator malicie eorū nō ſūt cōſūpte argētū reprobū vocate eos q̄a dñs proiecit illos. ¶ Scd̄us fruct⁹ eſt extinctio carnaliū paſſionū. Sic̄ mare egyptios operuit: iſraelitis vero nō nocuit: ſic amaritudo penitētie et tribulationū opera viciorꝫ impedit opa vo v̄tutū iuuat. Ecc̄i.x. cruciatio ceſſare faciet pctā maxima. Terci⁹ fruct⁹ eſt ſecuritas cōtra iudiciū. vnde p̄s.xlv. propterea nō timebim⁹ dū turbabit̄ terra etc̄. Naū. p̄mo nō cōſurget duplex tribulatio. ¶ Quartus fruct⁹ eſt q̄a ſignū eſt diuini amoris. Apo.iii. ego quos amo arguo et caſtigo Thob.xii. q: acceptus erat deo: neceſſe fuit vt tēptatio ꝓbaret te. Heb.xii. quem diligit dñs caſtigat: flagellat autē oēm filiū quē recepit. Quint⁹ eſt q̄a pign⁹ eſt eterne ſalutis. Baruc.iiii. q̄ induxit ſup vos mala ipſe adducet rurſū vobis ſēpit̄naꝫ iocūditatē cū ſalute veſtra. ij.tho.ij. Si cōpatimur ⁊ cōregnabim⁹. Ber. Nūq̄d ſociū tribulationis xp̄s a cōmunione ſua patietur arceri ſecū cōfitens latro in cruce eadē die cū eo fuit in paradiſo. Sextus eſt gaudiū vel ſolaciū. p̄s.xciii. ſcd̄m multitudinē dolorū meorū in corde meo. Act.v. ibant ap̄li gaudētes etc̄. ¶ Septim⁹ eſt ɔſolatio ſp̄s. Job vi. et hec ſit ɔſolatio mea vt affligēs me dolore nō pcat.

pe.xxiij Uirga tua et ba.tuꝰ
etc̃.q̃ habet preciũ in bursa
rẽ quã vult emere et ſcit eſſe
venalẽ letꝰ accedit ad forũ
ſperãs tũc qꝺ eam habebit
Octauꝰ ſanitas ſpũalis. Ec
cle.xxxi. ĩfirmitas grauis
ſobriã reddit aĩam: q̃a altiſ
ſimꝰ de terra creauit medi=
cinã et vir ſapiẽs nõ abhor
rebit eã. Nonꝰ eſt excitatio
deuotiõis. Iſa.xxvi. dicit i
anguſtia requiſierunt te. ps.
cxiiii. Tribulationẽ et dolo
rẽ inueni.etc̃. Idẽ.ps.xv.mł
tiplicate ſũt ĩfirmitates eo
rũ.etc̃. ¶ Decimꝰ eſt aĩa=
tio in aduerſis. Ro. v. tri=
bulatio patiẽtiã operatur.
patiẽtia ꝓbationẽ: ꝓbatio
vo ſpem. Undecimꝰ eſt eru
ditio que emittit diſciplinã
quaſi lucẽ. Eccł.xxiiij. Iſa
xxviij. tãtũ ſola vexatio da
bit intellectũ auditui. Duo
decimꝰ eſt cõformatio ad ca
put nr̃m. Jo.xv. ſi mũdus
vos odit ſcitote q̃a me prio
rẽ odio habuit. Eccl.xxvi.
magna gl̃a eſt ſeq̃ dñm. Et
nota q̃ iiii. pͥma ſũt deſola
toria malorꝫ et expone de q̃
libet. Quomodo enĩ malꝰ q̃
hꝫ tribulationẽ poteſt habẽ
ſolaciũ in cõſideratiõe ĩfer
ni cum illa tribulatio ſit et
q̃ddã initiũ inferni exhorre
ſcẽ poteſt magnitudinẽ pe
ne ĩfernalis cũ itollerabĩis
ſit ei tribulatio preſẽs: q̃ tñ
cõparatiõe future eſt leuis.
Itẽ qꝺ ſolaciũ poſſũt ha=
bere mali ĩ cõſideratiõe paſ
ſionis xp̃i cũ xp̃s requiriturꝰ
ſit mortẽ ſuã ab eis. Cũ enĩ
ipſi abſtulerũt xp̃o ſeipſos
q̃s adeo care emit: merito
preciũ mortis ſue ab eis re
q̃ret. Itẽ qꝺ ſolaciũ poſſunt
habẽ in vtilitate tribulatio
nũ cũ pctã ĩ q̃bꝰ ſũt reddãt
eis tribulationes inutiles
ipſi multa ſoluũt et a debitꝭ
ſuis in nullo ſe abſoluunt.
Itẽ qꝺ ſolaciũ poſſũt habẽ
in cõſideratiõe gl̃ie celeſtis
cũ ipſi eã ꝑ pctã ſua amiſe=
rint potiꝰ in hac ꝯſideratio
ne inueniũt materia doloris
q̃ gaudii.

Itẽ ſermo epiſtole in ea=
dem dominica lxxi.

On ſūt cōdigne ⁊c̄.
a octo ſūt ex qbꝫ appa
rē poteſt qᵭ fideles
habituri ſunt valde magnā
glām licꝫ viles ſint ⁊ abie
cti Primū eſt qᵭ dn̄s ita ca
revēdit glīam ſuā etiā ami
cis ſuis: petrꝰ emit eā mar
tyrio crucis: paulꝰ ā putati
one capitis. ⁊ veriſſime eſt qᵭ
ipſe nō decepit eos cū ſit a=
micus fideliſſimꝰ: et qᵭ plꝰ
eſt ipſe emit cariſſime gl̄iaꝫ
iſtā amicis crucis ignomi
nia. Scd̄o patet magnitu=
do illiꝰ gl̄ie p gl̄iam pulcri
tudinis quā videmꝰ in infe=
rioribꝰ creaturis cū dn̄o pla
cet eas decorare ſic̄ eſt lyli
um qᵭ eſt in hyeme vile. in
eſtate vero cū dn̄o placet eū
decorare pulcherimū eſt: ⁊
ſil'r in pratis q̄ tūc ſūt mira
bilis pulchritudinis. Mat
vi. Cōſiderate lylia agri q̄=
modo creſcūt: ⁊ ſeqt̄ur dico
autē vobis qᵭ ſalomō in oī
gl̄ia ſua nō coopertꝰ eſt ſic̄
vnū illorū et poſt. Si enī fe
nū agri qᵭ hodie eſt ⁊ cras
in ignē mittit̄ dū ſeneſcit
quāto magis nos modice...
dei. b Tertio patet ma=
gnitudo gl̄e in gl̄a pulchri
tudinis q̄ videt̄ in hiis q̄ ar
tificio fiūt ex lignis et lapi
dibꝰ ⁊ ere vt patet in gl̄ia ſa
lomonis. iii. Re. x. videns
regina ſaba oēm ſapientiā
ſalomonis ⁊ domū quā edi
ficaverat ⁊c̄. nō h̄ebat vltra
ſpm̄. Quid ergo gl̄ie habe
būt amici dei cū ei placue=
rit eos decorare ſcd̄m ma=
gnitudinem ſapientie ſue.
Quarto patet ex vbis ſcrī
rū qbꝰ deꝰ reuelauit eā vt eſt
illud. Iſa. lxiiii. oculꝰ nō vi
dit: deꝰ abſqꝫ te. Quīto pa=
tet ex hoc qᵭ legit̄. Math.
xvii. In dn̄i trāſfiguratiōe
qᵭ reſplenduit facies eiꝰ ſic̄
ſol et veſtimēta eiꝰ facta ſūt
alba velut nix Sexto patet
p hoc qᵭ xp̄s honorē ɔtulit
cruci q̄ eis fuit vnde Au
guſtinꝰ ſup p̄s. Crux de pe
nis latronū trāſiuit ad frō
tes iperatorū. Quid faciet
de fidelibꝰ ſuis ſi tantū ho=
norē cōtulit tormētis. Se=
ptimo ex honore q̄ honora...

xpus ſctõs in t'ris tātūmo-
do. Maiorem reuerētia ex
hibet pͥlucrib⁹ vel oſſib⁹ ſā
ctoꝝ vel etiā coꝝ pāniculis
ꝙ maximis pͥcipib⁹ hui⁹
mūdi: vnde videt̄ qđ multo
magis hono:et ipſos in ce
lis. Octauū patet ꝑ hoc qđ
glīa eoꝝ ſiſis eſt gl'ia dei.
pͥma io.iii. Filii dei ſumus
ſed nōdū apparet qđ erim⁹
ſcū apparere ceperit: ſil'es
ei erim⁹. ¶ Itē notādū
ꝙ gaudiū ꝓuenit hiis qui
ſalui erūt q̄ſi ex ſex partib⁹
Pͥmū a btā trinitate. Se
cūdo a loci amenitate Ter
tio a iocūda ſocietate. quar
to a corporis gl'ificatione.
Quito ab īferno. Sexto a
mūdo iſto. De pͥmo legitur
Iſa. xxxiii. regez in decore
ſuo videbūt. Et notādū
ꝙ in viſione regis triplex
gaudiū erit. Pͥmū erit in
vidēdo faciē dei. Scđm dei
tatē qđ erit ſūmū gaudium
q̄ melꝰ eſſet ſic eſſe in īfer
no: ꝙ in paradiſo et non vi
dere faciē dei. in. ps. xxvii.
Faciē tuā dñe req̄. etc̄ ꝛ Io
xvii. Hec eſt vita etna vt co
gnoſcāt te. ſo. v. d. ꝛ c̄ri illo
ps. lxxix. Qui regis iſrael
triplicat̄. ps. lxxix. oſtende
faciē tuā et ſalui erim⁹. Se
cūdū gaudium erat vidēdo
hūanitatē xpi. Ber Plenū
pͦrſus oīs ſuauitatis dul
cedine videre hoīez hoīs cō
ditorē. Tertiū gaudiū erit
in cōſideratōe vnionis hūa
nitatis ad diuinitatē ꝛ erit
mirabile qn̄ cognoſcent qđ
frat̄ eoꝝ ſcđm carnē ve de
us eſt. ¶ Itē a loci ame-
nitate t̄plex gaudiū. Pͥo
a claritate loci. vnde thob.
xiii. beat⁹ ero ſi fuerint reli
q̄ ſeminis mei ad videndū
claritatem ciuitatis hirl'm
Apo. xxi ciuitas nō eget ſo
le, neqꝫ luna vt luceāt in ea
vera claritas dei illūinabit
eā et lucerna ei⁹ agn⁹. Se-
cūdū a loci puritate Unde
apo. xxi. nō intrabit ī eā ali
q̄d coinq̄natū, aut abhoīa-
tionē faciēs et mēdacium.
Tercīū erit ex loci latitudi
ne. Baruc. iii. o iſrael quā
magna eſt dom⁹ dei et īgēs

locꝰ paſſionis eius magnꝰ
et nō habēs finē: tota terra
eſt quaſi pūctū reſpectu ce=
li empyrei vbi ſācti regna=
būt. Ex ſocietate etiam tri=
plex gaudiū prouenit. Pri
mū ex multitudīe Apo. vii
vidi turbā magnā quā. di.
ne. po. etc̄. Scd̄m ex nobili
tate ſocietatis illiꝰ in qua
erit beata virgo: et om̄s ſcti
et angeli q̄ om̄s reges erūt
vnde filius dei dicit̄ veniſſe
a regalibus ſedibus. Sap̄.
xviii. Tercio de amicabili
tate illius ſocietatis. Tāta
enī erit charitas inter eos
ꝙ gaudia aliorū ſua cōpu
tabūt. vnde Iſa. xxxi. dicit
dn̄s cuiꝰ ignis eſt in ſyon ꝛ
caminꝰ in hieru̅. E A glī
ficatiōe etiā corporis eſt tri
plex gaudiū. Primo ab eiꝰ
pulchritudine q̄ ꝯſiſtit ī cla
ritate et debita figura et ſi=
tu mēbrorū. Math. xiii. ful
gebūt iuſti ſicut ſol ī regno
pr̄is mei. Scd̄o ex liberta=
te corpis ſcꝫ quā habet mo
do aiumꝰ vt q̄ſi ſubito ab ori
ente trāſeat in occidēte vt i
cludi nō poſſit muro vl̄ alio
obſtaculo: hēbit etiā corpꝰ
tūc ꝑ ſubtilitatē et agilita=
tē vt vbi volet ſpūs pn̄tꝰ aſ
ſit corpꝰ. Tercio vero īpaſſi
bilitate corporis: nulla enī
moleſtia corporibꝰ eorū de
cetero poterit nocere. Apo
xxi: abſterget deꝰ oēm lacri
mā ab oculis ſctōꝝ ꝛ mors
nō erit vltra neqꝫ luctꝰ ne=
qꝫ clamor etc̄. F Ab īfer
no etiā triplex gaudiū ꝓue
nit. Primo ex hoc qd̄ infer
nū euaſerūt. vbi iniq̄ ſua īi
q̄tate et̄no ſupplicio puniē
tur. vt iuſti oēs et in deo vi=
deāt gaudia q̄ ꝑcipiūt et iu
ſtis reſpiciāt ſupplicia que
euaſerūt Scd̄o ex hoc ꝙ ho
ſtes eorū cruciabūtur vnde
p̄s. lvii. letabit̄ iuſtꝰ cū vide
rit vindictā. Tercio ex hoc
ꝙ pctm̄ ꝙ maxime nocet oī
bꝰ clauſū erit in iferno poſt
diē iudicii tāq̄ in ꝓprio lo=
co. G A mundo triplex
gaudiū. Primū erit quia a
penali miſeria huius exilii
liberati erūt. Ber. tranſiſ
ſe de morte ad vitā vite ge

diū duplicat viſi'e ē q nū l tū gaudeat ille q̄ dicebat cū p̄.cxxix.heu me q̄a ico. me us ꝓlō.eſt. Et aplus dicēs infelix ego hō quis me. etc̄ Scdm gaudiū erit ex hoc q a naufragio liberati erūt Si naufragi q̄ de mari ext erūt:tantū gaudent: veriſi mile eſt q multū gaudeant q̄ tot naufragia paſſi a mari hui⁹ mūdi euaſerūt. Per periculū probat trāſeuntiū raritas et pereuntiū multi tudo. Ex hoc patet q mare hui⁹ mūdi piculoſi⁹ eſt ma ri ſalſo:q̄a in mari hui⁹ mū di vix de q̄tuor nauib⁹ tran ſit vna:q̄a vix de q̄tuor hoi b⁹ vn⁹ ad portū ſalutis ve nit. Terciū erit q de tanto hoſte triumphauerit. Job. xli.nō eſt poteſtas ſup ter rā que ei cōparet q̄ fact⁹ eſt vt nullū timeret hoſtis eor erat vt gygas et ipſi erāt vt locuſte:quia vult dn̄s ieſus mirabiles res facere: Vult eni de locuſtis ſuperare gy gātes:et de hiis q̄ in terris ſūt celeſtes vincere nequici as. Ad cumulū gaudii faci et hoc qđ ſecuri erūt de eter nitate gl'ie. Jo.xvi.et gau diū veſtrū nemo tollet a vo bis.

Dn̄ica q̄nta poſt oct.pē thecoſtes. Sermo lxxiii

Omnes vnanimes i orōne eſtote p̄ma pe tri. Sic dicit gloſa ſup illud apud me orō dovi te mee Juſticia hoīs in hac vita eſt ieiuniū ꝛ elemoſina et orō que orō hiis duabus alis volat ad deum qđ boni tas hoīs in hiis trib⁹ conſi ſtat patet p hoc q hō habet cōparationē: et ad id qđ eſt ſupra ſe ſcꝫ ad deū,et ad an gelos et ſctōs et ad illud qđ eſt iuxta ſe.ſcꝫ ad ꝓximū:ꝛ ad id qđ eſt infra ſe.ſcꝫ cor pus propriū orō neceſſaria eſt ei.vt per eā ab hiis q̄ ſu pra ſe ſūt imploret auxiliū elemoſina vt proximo indi gēti ſubueniat. Jeiuniū ve ro vt corpus caſtiget: et in ſeruitute redigat:et vix erit quod is qui in hiis tribus bene ſe habet victoriam de

hoſte nō habeat. Jeiunium
enī debilitat hoſtē ſcʒ corpꝰ
et pſequēs et dyabolū qui
maxime in carne confidit.
Unde qdā ſctūs dyabolus
plꝰ cōfidit in adiutorio car
nis ꝙ ī altq alio: qa magis
nocet domeſticꝰ hoſtis. Orō
adiutoriū nobis celeſte acq
rit: elemoſina vero tereſtre
auxiliū: dū pauperes ſtipē
diarios noſtros facit. Quo
modo nō vincet q̄ habet ho
ſtē debilē: et tam celeſtia ꝙ
tereſtria habet in auxilium
Inter hec tria in aliqbꝰ vi-
detur excellere orō cū ſit re
ſpectu eius qȯ ſupra nos ē
et cū ieiuniū ⁊ elemoſina ei
deſeruiant velut quedā ale
orō columbe eſt auis ſcʒ ſpūs
ſcti q̄ ramuʒ oliue apportat
dū pacē hoibꝰ īpetrat. ideo
autē dicimꝰ eā auē ſpūs ſā
cti qa deuota orō a ſpū ſctō
eſt. Spūs enī ſāctꝰ poſtulat
pro nobis gemitibꝰ īenar-
rabilibus iuxta verbū. aplī
i. poſtulare facit. De orone
dicit augꝰ. ſup illud dirigā
tur orō mea ſicut incēſū in

cōſpectu tuo. Mira virtus
pure orōnis que q̄ſi qdā p-
ſona ad deū itrat et ibi mā-
data pagit quo caro venire
neqt. Et greg. magna eſt v
tus orōnis q̄ effuſa in terra
in celo operaī: licet beatiꝰ
ſit dare ꝙ accipere. Act. xx
tamē magis cōgruit ſtatui
in quo ſumꝰ petere ꝙ dare:
cū nihil habeamus hic niſi
qȯ aliūde accepimꝰ. Juxta
illud .i. cor. v. qd habes qȯ
nō accepiſti: ideo ſpecialit
de orone dicemꝰ que nobis
īpetrat id quo idigemꝰ. Pri
mo oſtēdēdo q̄re libēter de-
beat qlibet addiſcē officiū
iſtud. Deinde indicando q̄
modo ille ſūmus mgr ora-
re docuit. Notādū ergo
qȯ ſex rōnes poſſūt aſſigna
ri quare qlibet libent̄ debet
addiſcē orare. Primū ē hoc
ꝙ ille magnꝰ mgr q̄ cathe
drā habet in celo a deo dili
gēter voluit hoc docere: ve
riſimile eſt ꝙ ipſe noluerit
nos negligēt̄ addiſcere qȯ
voluit inneglīgēter docere
Uerecūdū eſt diſciplis xp̄i

ut illud neſciāt qḋ mgr̄ illo rū diligētiſſime docuit. docuit aūt illud exēplo. Mat. xiiii. qñ dimiſſa turba aſcē dit in monté orare ſol⁹. veſpere aūt facto ſol⁹ erat ibi et Luc. xxii. legitur qḋ fact⁹ i agonia prolixi⁹ orabat ⁊ qñqȝ pnoctabat i orone cū tñ ꝓpt ſe orone nō idigeret ꝗ ſolo verbo poterat facere q̄cūqȝ volebat. ſȝ fecit hoc vt daret nobis exēplū libenti orādi. Verbo etiā diligent̄ hoc docuit oſtēdens q̄d orādū. Math. vi. vbi orone dn̄icā tradidit et vbi orādū: ibidē cū oraueris itra in cubiculū tuū et clauſo oſtio ora patrē tuū in abſcondito: et qñ orādū qm̄ ſēper. Luc. xxi. vigilate omi tpe orātes: vt digni habeamini fugē oia iſta que futura ſunt. B

Itē docuit qualiter orandū qm̄ deuote / breuiter / humiliter / et pſeueranter. de pmo. Jo. iiii. ſpūs eſt de⁹ et eos ꝗ adorant in ſpū et veritate oportet adorare. de ſecūdo Math. vi. orātes aūt nolite multū loqͥ ſicut ethnici faciūt De tercio ibidē cū oratis nolite fieri ſicut ypocrite triſtes ⁊c. ⁊ Luc. xviii in parabola de publicano ⁊ phariſeo habet̄ de eodē. De quarto ibidē vbi agit̄ de iudice intq̄ ꝗ nec deū timebat nec hoiem reuerebat̄: ꝗ iñ vidue fecit vindictā ꝓpter nimiā ei⁹ ioportunitatē ⁊ Luc. xi. ſi ille pſeuerauit pulſās dico vobis: et ſi nō dabit ei eo qḋ amic⁹ ei⁹ eſt: ꝓpter iprobitatē tñ ei⁹ ſurget et dabit illi etc. Scḋm eſt ſi oro fiat eo modo quo debet exenīū eſt deo valde gratum et miſterio āgelico dignū. vnde thob. xii. dicit āgelus qñ orabas cū lachrimis et ſepeliebas mortuos. Ego obtuli orōem tuā dño: nō debet eſſe graue hoi exeniū illud deo mittere: qḋ angelo non eſt graue offerre: imo qḋ pl⁹ eſt ipſe xp̄s ꝗ inq̄tū hō eſt ſūm⁹ ſacerdos illud offert deo patri: qḋ ſignat̄ in hoc qḋ dyacon⁹ thuribulū tradit ſacerdoti: et ſacerdos deo

thurificat: ſic xp̄s oro̅es ec cl'ie deo patri preſentat que preſentatio multū facit eas valere. Quomodo eni̇ ſi do co̅te̅nerer̄ q̄ꝺ a tanto media tore ei preſe̅tar̄. Terciu̇z eſt hoc q̄ officiū iſtud facile eſt Si dicar̄ alicui q̄ det elemo ſina̅ poteſt excuſare ſe cum no̅ ſe̅per habeat hō argētu̇z in burſa. Si dicar̄ ei q̄ ieiu net: ſimiliter cū multi ꝓpt̄ debilitatē capitis ieiunare no̅ poſſint. Sed ab oratio̅e nullus poteſt ſe excuſare: q̄ libet eni̇ poteſt habere oro̅ ne̅ ſaltē mētalem: etiā ſi ſit mutus Unde dd̄.xli. apud me or̄o: et ſup illud.p̄.xxxv Juſtus autē miserer̄ et tri buet dicit gloſa ſe̅per eſt ali q̄d iuſto q̄ꝺ det ſaltē or̄onē Quartū eſt hoc q̄ op⁹ iſtud honorabile eſt. Multa ſunt officia que aliquibus cede rent ad dedec⁹ ſicut arare ꝛ fodere: ſed orare deū nulli q̄tūcūq̄ nobili cedit ad de dec⁹: q̄a ſco̅m Gregoriū cu̇z oram⁹ ipſi cū deo loq̄mur q̄ ſine dubio magn⁹ honor eſt

Quintū vero eſt hoc q̄ offi ciū iſtud valde lucroſum eſt q̄ꝺ poteſt oſte̅di ex hoc q̄ ni hil eſt ad q̄ꝺ or̄o valere non poſſit. Unde. ij.parar̄. xx. cū ignoram⁹ q̄d agere debe am⁹ hoc ſolū habemus reſi dui vt oculos n̄ros ad te di rigam⁹ hoc ē officiū ex quo poteſt hō lucrari oi̇ t̄pe ꝛ in hyeme et in eſtate: in ſere no et in pluuiali t̄pe de no cte et de die: feſtis dieb⁹ ꝛ fe rialib⁹. Jn īfirmitate et ſa nitate: in iuuētute et ſene ctute: ſtando ꝛ eūdo. Jn do mo et extra domū: ꝛ quādo q̄ vna hora lucrar̄ hō plus orādo q̄ valeat ciuitas vna q̄a lucrar̄ hō modica or̄one cū deuota eſt rignū eternū quādoq̄ aūt ante q̄ iehoer̄ or̄o. eſt hō in ſtatu dānatio nis ꝛ ante q̄ finar̄ eſt in ſta tu ſalutis: quāloq̄ pl⁹ lu crar̄ vetula vni orando de celo vna hora: q̄ mille mili tes armati de terra per lon gum tēpus. Unde gloſa. ſu per numeri plus valet vn⁹ ſanctus orand. q̄ īnumeri

pctōres prelīādo: orō ſācti celū penetrat: quomodo ho ſtes in fris nō vicat. Maxi ma ſolatio a ſāctis a mūdo iſto orādo recipiūtur. vnde Luc.iii ieſu baptizato orā te apertū eſt celū. Et eiuſdē ix. dum xp̄s oraret facta eſt ſpecies vult⁹ ei⁹ altera et ve ſtit⁹ ei⁹ albus. Et. xxii. eiuſ dez ſic legit̄ de xp̄o poſitus genib⁹ orabat et poſt reſpō detur apparuit autē illi an gelus de celo cōfortans eū Sextum eſt neceſſitas ma gna orandi quā habem⁹ in preſēti. Tria ſolēt dare ne ceſſitatē hoib⁹ clamandi ſcʒ ignis aqua. et hoſtis: ⁊ hec tria quaſi ſingulis diebus dāt nobis neceſſitatem cla mandi ad deū in orōne vix enī eſt dies in quo dom⁹ cō ſciētie nr̄e igne īfernali nō ſuccēdatur ſcilicet cōcupi ſcentia praua. Unde neceſ ſe habem⁹ clamare ꝓ aqua diuine gratie et ad aquā la chrimarum recurrere ⁊ eſt ignis iſte quaſi ignis gre cus quoniā ex vna parte ex tinguitur ⁊ ex alia parte ac cenditur. Ex hoc enī ꝙ ali qs carnis cōcupiſcentiā de plorat quādoqꝫ vana gloria naſcitur vix eſt dies in quo homo nō ſētiat fluctus ma larum cogitationū ſup ca put ſuū Unde neceſſitatem habet clamādi illud Mat. viij. Dn̄e ſalua nos perim⁹ vix eſt dies ī quo hoſtes ſu os non videat homo in por tis caſtri ſui ſcilicet ouʒ de tractionem vel aliud malū verbum ſētū in ore et ſic de aliis portis caſtri ſui. ſcili cet corporis ſui. ¶ Se quitur videre qualiter xp̄s orare docuerit de quo legi tur Luce. xi. cuʒ eſſet ieſus in loco quodam orās vt ceſ ſauit dixit vnus ex diſcipu lis eius ad eū dn̄e doce nos orare: ſicut iohānes docuit diſcipulos ſuos et ait illis. Cuʒ oratis dicite pater no ſter qui es in celis. etcetera Circa quā orationē notā dū eſt ꝙ quinqꝫ ſūt in qb⁹ ipa

cõmẽdabilis eſt Primũ eſt auctoris dignitas qꝛ ipſe de⸗ us cõpoſuit eã vnde ꝯuenit illi illud. Eccle. xxiiii. ego ex ore altiſſimi ꝓdii. Scdꝫ eſt breuitas vnde gloſa be⸗ de: orõnẽ cõpoſuit breuib⁹ verbis vt ſit fiducia cito an nuẽdi qđ breuiť vult rogari: Terciũ ẽ fecũditas glo ſa nihil deeſt qđ in vii. peti tiõib⁹ nõ cõtineať. Quartũ ẽ ſpũalitas vnde gloſa nul la orõ magis ſpũalis ꝙ il⸗ la que ex ore filii ꝗ eſt vitas ꝓceſſit. Quintũ eſt virt⁹ ip ſius magne eni virtutis eſt Eſt eni veriſſiẽ qđ xp̃s peti tiões q̃ tn ea ſũt nõ formaſ⸗ ſet niſi eas exaudire vellet de ci⁹ virtute dixit aug⁹. de quotidianis et leuib⁹ pctĩs et breuib⁹ ſine qb⁹ hec vita nõ duciť: quotidiana orõ fi deliũ ſatiſfacit. Eorũ enim eſt dicere pať nr̃ q̃ es in ce⸗ lis ꝛc̃. delet oĩno hec orõ mi nima ꝛ q̃tidiana pctã delet eni illa a qbus vita ſideliũ eſt ſcelerate geſta: ſed peni tendo in meli⁹ cõmutata di

ſcedit ſicut vaciter dicif di mitte nobis debita nr̃a. ita veraciter dicif: ſicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̃is. Poſt euchariſtiã eſt dñica orõ maximũ remedium vel vnũ de maximis ꝯtraveni a lia pctã Duas autẽ partes habet q̃rũ p̃ma p̄parat orã⸗ tem ad deuote orãdũ Scda vero cõtinet vii. petitiões: Eſt autẽ valde neceſſaria p̄ paratio ante orõnẽ. vnde i p̃s. ix. preparationẽ cordis eorũ au. au. ꝛ. plus attendit quãdoq; de⁹ ad p̄parationẽ ꝙ ad orõnẽ vocalẽ: ideo di cit Ecci: xviii. ante orõnẽ p̄para aiam tuã. Eſt aũt du plex preparatio: quedã re⸗ mota: q̃dã ꝓpinqua. Remo ta eſt obſeruãtia mãdatorũ dei. Qui eni vult a deo ex⸗ audiri in hiis q̃ petit: debet p̃mo eũ exaudire i hiis que de⁹ ab eo petit. Unde aug⁹. q̃ a preceptis dei auertiť q̃d in orõne poſtulat nõ mereť et Prouřb. xxviii. Qui de⸗ clinat aurẽ ſuam ne audiat legẽ: orõ eius fiet execra⸗

bilis et eiuſdem.xx. Qui obturat aurē ſuā ad clamorē pauperis clamabit: ⁊ ipſe nō exaudiet. Propinqua ꝑparatio eſt in duob⁹. ɪ. in lacrimoſitate ⁊ ipetrādi fiducia: et hiis duobus modis preparat oratōē pars iſta pr̄ nr̄ q̄ es in celis Excitat cui ad lacrimas dupliciť. Primo dū tātū patrē ad mēoriam reducit et q̄ peccādo ita viliter vixit. Scd̄o dū abſētiā amantiſſimi pr̄is inuit dicēs: q̄ es in celis: ⁊ dulcē illā patriā a qua ipſe exulat. Ad primū ptinet illud qd̄ dicit. Ber. Cogitāti qd̄ offenderi patrē eſt certe qd̄ pudeat et ſi nō quidē terream quā iā frōte attollo oculos iā ad vultū tam pii patris iā mal⁹ fili⁹: pudet indigna geſſiſſe gn̄i mei: pudet tāto patri vixiſſe degenerē. Gloſa ſup hunc locū dixit cauēdū eſt cuiq; a ſordibus ne tāto patre ſit indignus. Ad ſcd̄m videť pertinere illud. ps. xli Fuerūt mihi lachrime mee pa. die ac nocte: etc̄. pmū⁹ flet⁹ qui eſt pro pctīs eſt irriguū inferi⁹ Scd̄s flet⁹ q̄ eſt pro abſētia patris et dilatione patrie eſt irriguū ſuperi⁹ Ad fiduciā ipetrādi valet illd̄ verbū dupliciť. Primo dū patrē nomiat eū q̄ orať huius patri amor ſuperat maternū amorē. Iſa. xlix. nnn q̄d mulier obliuiſci poteſt ī fantē ſuū vt nō miſereať filio vteri ſui: Et ſi ipſa oblita fuerit ego nō obliuiſcar tui. Scd̄o dū dicit eū eſſe in celo vbi eſt abūdātia oīū bonorū. Quomodo enī pater miſericordiarū habēs abundātiā oīm bonorū nō miſerebiť filii poſiti in valle miſerie vbi ē penuria omniū bonorū. Ad hoc pertinet hoc quod dicit. Ber. Ubi iā illud quod apud antiquos tā terribiliter q̄ frequenter intonare ſolebat. Ego dn̄s ego dn̄s mihi dicatur oratio cui⁹ principiū dulce nomen paterno ſeq̄ntium petitionū obtinendarum preſtat fiduciā: et glo

fa, ſup hoc nomē paſ i hoc daſ fiducia ꝗd negabit fili to ꝗ iam dedit qꝺ pater eſt. Luc.xi.ſi ergo vos cū ſitis mali noſtis bona data dare filiis vr̄is quāto magis pr̄ vr̄ celeſtis dabit ſpm̄ bonū petentibᵘſe. Qꝺ autē lacri me valeāt ad ipetrādū pa= tet p hoc ꝗ dicit Augᵘ.ſup illud. ps̄. xxxviii. aurībᵘ p cipe lachrimas meas ꝗ in= quit violēte ſūt i precibᵘ ad monēdā miaꝫ:qꝺ etiā fidu cia valeat ad hoc patet ꝗs le gitur.Jaco.i.qui autē indi get ſapientia poſtulet a deo etc̄. poſt dicit̄ poſtulet autē in fide nihil heſitans.Qui autē heſitat ſimilis eſt flu= ctui maris ꝗ a vento moue tur et circūfertur: nō ergo exiſtimet homo ille ꝗ acci= piat aliquid a dn̄o.Secun= da pars diuiditur in duas partes cū eni duplex ſit vi= ta ſpiritualis,vita gratie ⁊ vita glorie. Primo ponun tur tres petitiones pertinē tes ad vitā glorie. Secūdo quatuor petitiones pertinē tes ad vitā grē. Primo au tē ponūtur petitiones per= tinētes ad vitā glorie tanꝗ digniores. Secundū illud Math.vi. querite primū re gnū dei et iuſtitiā eiᵘ regnū dei querit̄ in tribᵘ primis petitionibus.Juſticia vero ducens ad regnū querit̄ in quatuor ſequētibᵘ. Et no tandū ꝗ ille qui mortē me= ruit apud iudicē terrenū et neſcit iudicē ſibi adhuc pla catū. Primo petit vitā ſuā ſiue vt pcat̄ ei a morte quaꝫ meruit:ſic ꝗ mortaliter pec cauit cū certus non ſit vtrū pctm̄ ſuū ſit ſibi dimiſſū ne ceſſe habet primo petere vt pcatur ei a morte ad quod pertinet illa petitio libera nos a malo.Malū eniꝫ ibi dicit̄ peccatū mortale quod eſt mors pn̄a et ſequela eiᵘ ſcilicet mors eterna et debe ret proponi cū magno deſi derio hec petitio eo ſcilicet modo quo latro qui atten= dens que fecit et qꝺ tormen tū ſibi preparatū ſit cū mul tis lachrimis vitā ſuā peti-

it. Sic peccator reſpiciens peccatū quod fecit, et quod pro eo meruit tormentū: cū multis lachrimis dicere debet libera nos a malo. Dicebat quidā ꝙ latrones et tentāti docuerūt eū orare: tentanti docuerāt eū ea que miſerabiliora ſunt in eis īprobiſſime oſtendendo et q̄ ſana ſunt abſcōdēdo vt magnitudo miſerie excitet ad miſericordiā: latrones autem ſcōm modum quē iā diximus: vita vero ſpiritualis obtenta eſt in continua pugna iuxta illud. Job. vij malicia vita hominis ſup terram vel tētatio: et propter hoc neceſſaria eſt alia petitio qua petitur ne in tētatiōē cadere permittamur q̄ petitio etiam cū magno deſiderio proponēda eſt ſicut ille qui facturus eſt duellū anteꝙ intret campum cum magno deſiderio rogat dominū et rogare facit vt ſibi det victoriam: et obtenta victoria gratias deo agit: ſic quilibet fidelis debet magne rogare deum: vt in illa die det ſibi victoriam. De dyabolo ꝗcito enim ſurgit intrat in campum certaminis valde periculoſū. Bernard⁹ In mūdo iſto tā ꝙ in ſtadio certaminis poſiti ſumus: in quo chriſtus mortuus eſt: quicūꝗ hic liuorem vel plagam non ſuſceperit: in futuro iudicio miles in gloria apparebit. In veſpere vero ſi a caſu ceciderit debet ſequi grattarū actio. Auguſtin⁹. qui orandus eſt vt faciat illi reddenda eſt gratiarum actio cum fecerit in quo multi peccāt Cum enim acceperint aliquod beneficium a deo nūꝙ poſtea memores ſunt cū tamen deberent regraciare deo ſingulis diebus longo tempore. Et notandum ꝙ cōſenſus velut pes eſt aīe ī q̄ aliqs dicit̄ itrare in tētatiōnē vel etiā induci. Math. xxvi. vigilate et orate ne intretis in tētatiōnē: intretis inꝙ p cōſenſū Inducit autē dn̄s hoīez in

tētationē pmiſſiue dyabol⁹ vo quaſi ipulſiue. Uita eti am ſpūalis licet ad ipulſuz tētationis non corruat: de bitis tamē obligata eſt: di miſſa eni culpa et morte eī na remanet adhuc hō obli gat⁹ad penā trāſitoriā ideo neceſſaria petitio illa ē. E Dimitte nobis debita nřa q̄ petitio magno deſiderio ꝓponenda eſt qa ſicut ſolet dici nō eſt onus ſiē onus de bitorū. Si q̄s obligat⁹ eſſet debitis multis ad terminū et ſciret ſe in graui carcere ponēdū niſi infra terminū redderet et ꝓbabilit̄ crede ret ſe nō ſufficere ad ſoluen dū infra t̄minū cū magno deſiderio peteret ſibi debi tū remitti ſi ſperet obtine re: et valde gratū haberet ſi q̄s a tabulis creditoris euz deleri faceret et ſe ſcribi ſic cū magno deſiderio petere deb3 ſibi debita dimitti qui credit ſe nō poſſe ſoluere ea q̄ infra t̄minū mortis cū ſci at ſe ponēdū ꝑ eo q̄d nō ſol uerit in igue purgatorii de

quo igne dicit aug⁹. miro modo grauis eſt ille ignis. Excedit eni oēm penā quā vnq̄ paſſus eſt aliq̄s in hac vita: huic vero petitioni ad dit̄ determinatio cū dicit̄ ſic et nos dimittim⁹ debitori b⁹nřis ſpaliter eni valet ad ipetrandū remiſſionē adeo Si remiſerim⁹ ꝓximo nřo Eccle.xxviii. remitte ꝓxi mo tuo nocētite et tūc oran ti tibi pctā ſoluētur. Si oē aīal diligit ſibi ſile vt legit̄ Eccle. xiii. et lup⁹ lupo nō nocet nec leo leonē ledit ſe cūdū verbū ſenece. vertiſſe eſt q̄d ði mīa nihil ita amet in hoīe ſic miam ſororē ſuā ꝙ ei parcat ⁊ q̄ ei q̄ libent̄ dimittit pro xp̄o de⁹ libent̄ dimittat ecōuerſo vero non remittēti de⁹nihil remittit q̄a pq̄ peccat hō: ꝑ hec ⁊ tor quet̄. Eccle.xx. q̄ vindicari vult a dn̄o inueniet vīdictā vita etiā ipūalis ex ſe defi ciens eſt et indiget cibo ſpi rituali ſuſtentari ſicut vita corporis alimonia ciboruz ſuſtētatur et etiā ante ca

oportet et eam cibo ſuſtētari
Ideo et quarta petitiōe pe=
titur ſuſtētamētū vite ſpūa
lis cū dicit̄ panē nr̄m quo=
tidianū da nobis hodie nec
videt̄ pncipalit̄ intelligē
da eſſe: de pane materiali.
Cū illum dicat dñs adici
endū nō querēdū. Math. vi
et hec oīa adiciētur vobis.
Que petitio cū magno deſi
derio proponēda eſt cū quo
tidie ſit neceſſariᵒ nec a no
bis cū habere poſſimᵒ. Si=
cut cū deſiderio eleimoſinā
peteret q̄ ſciret ſe fame mo=
riturū niſi eā mendicando
obtineret. Et notandū ꝙ
panis iſte q̄druplex eſt. ſcꝫ.
pmᵒ doctrina. ſcd̄s. exēplū
tiᵒ. ſacramenta eccl̄ie pre=
cipue cōfeſſionis et euchari
ſtie. q̄rtus. Et opera virtutū
de pane doctrine legit̄ Deu
to. viij. non in ſolo pane vi=
uit hō. etc̄. De pane exēpli
habet̄ ſup illud Io. vltimo
paſce oues meas De bonis
operibᵒ habet̄. Iſa. iiij. vbi
dicit̄ in perſona virtutū pa
nē noſtrū comedemᵒ. Defi
cient virtutes: niſi bene ex
eis operemur ſic̄ viſus cor=
poralis ī hoīe deficit: ſi hō
diu in carcere maneat vbi
nō videat. Sacramentū ve
ro cōfeſſionis ⁊ euchariſtie
panis dicit̄ q̄ multū valet
ad ſuſtētationē vite ſpūalis
q̄ qñcunqꝫ aliq̄s digne ac
cedit ad ea: recipit grāꝫ vel
augmentū grē. Digne aūt
accedit q̄ accedit humiliter
credens ſe indigere affectu
ſacramēti: et q̄ accedit fide
liter credens habere ſacra=
mentū: illū effectū quē pre=
dicat eccleſia: et q̄ habet de
ſideriū percipiēdi effectū il
lum: qui abſqꝫ deſiderio ac
cedit quaſi ore clauſo acce=
dit: et ideo et vacuus acce=
dit, et vacuᵒ recedit. Quar
tuꝫ in quo cōſiſtit dignitas
iſta eſt: vt hō gratus ſit deo
de hoc ꝙ fōtes grārū in ec=
cleſia poſuit ad quos recur
rere poſſumᵒ cū grā indige
mus. Ex p̄dictis vero ſatis
poteſt eſſe manifeſtū quātū
deo indigeat preſēs vita q̄
pāup eſt adeo ꝙ neceſſe ha=

bet mendicare vnde Aug⁹ q̄a panẽ quottidianuꝫ petit paup eſt nõ diues eſt etiam pluſq̄ꝑ paup cũ multa debe-at: eſt etiã in magno periculo habẽs vndiq̄ꝫ circa ſe la-queos et cauſas mortis.

Circa alias vero tres petiti ones notãdũ ꝙ ſicut hõ fa-ctus eſt vt ſeruiret deo: ſic mũdus fact⁹ eſt vt ſeruiret hoĩ: et ꝓ ſeruicio qð exhibe-ret creatori debuit habere dñium mũdi in vita preſen ti tandẽ habitur⁹ ipſũ deũ cũ de ꝑadiſo terreſtri tranſ ferreẽ in celũ: ſed q̄a debitũ ſeruitiũ deo exibere noluit dñium mũdi iuſto dei indi cio amiſit et ĩ ſeruitutẽ ma gnã incidit: ita q̄a muſcis ⁊ aliis minimis creaturis nõ poſſit ſe defẽdere. Aug⁹ hõ dicit tibi cõticium et tu mes et irat⁹ es: pulicib⁹ re-ſiſte vt dormias: in futuro vero poneẽ hõ in ſtatu debi to vt per oĩa deo ſubiect⁹ ſit et cete creature ſint ſibi ſub iecte: et etiam vt ipſũ deum poſſideat ſi ab eo prius ꝑoſ ſeſſus eſt de⁹ enĩ ſcðꝫ Aug⁹. nullius poſſeſſio erit cuius poſſeſſor nõ fuerit. Ad pri-mũ pertinet illa petitio fi-at volũtas tua ſicut in celo et in terra: ideſt veniamus ad ſtatũ illũ in quo volũta-ti tue voluntatẽ nr̃am oĩo cõfirmabimus vt faciũt an geli. Ad ſcðm pertinet illa petitio adueniat regnũ tuũ ideſt veniat ſtat⁹ ille in quo tecũ regnabim⁹ ab omĩ ſer uitute liberi. Ad terciũ ꝑti net illa petitio ſãctificetur nomẽ tuũ ideſt cõfirmetur nomen illud quo filii voca mur qð erit quando dulce-dine diuina fouemur iuxta illud Eccle. xv. iocundita-tẽ et exultationem theſau-riſauit ſuper eũ et nomine eterno hereditabit illũ quã do iocũditatem illam inef-fabilem ſentiemus: tũc cõ-firmati erimus ſicut ange li dei. ¶ Et notandũ ꝙ hee tres petitiões cum ma-ximo deſiderio proponende ſunt valde enim miſerabile eſt ꝙ patrẽ miſericordiarũ

a quo om[n]ia bona recepim[us] et multo maiora ſperamus ita frequenter oſtẽdimus ⁊ voluntatẽ dyaboli: ita frequenter facimus⁊ valde deſiderãdus eſt ſtatus in quo volũtatẽ dei in omnibus faciamus. Valde deſiderãdus eſt ſtatus in quo a viliſſima ſeruitute in qua ſum[us] liberemur Valde enĩ graue eſt ſeruitutem ſuſtinere illi ad quẽ pertinet regnare. Valde etiã miſerabile eſt ꝙ illi qui ſũt filii dei ita poſſũt fieri dyaboli: vnde valde deſideranda eſt confirmatio.

Notandũ etiã ꝙ in hoc verbo ſãctificetur notatẽ apparentia huius honoris vt ſit ſenſus ſãctificetur ideſt ſanctũ appareat tunc dicit̃ res fieri quãdo innoteſcit fieri nondũ enĩ filii dei ſumus ſed nondum apparet quid erimus. Jo.iii. qui videt modo bonos pauperes vix crederet eos eſſe filios dei: niſi ſacra ſcriptura hoc diceret vadunt enim pedites cum ſerui dyaboli eant equites iuxta illud Eccle.x vidi ſeruos in equis et principes ambulãtes quaſi ſeruos ſuper terram: ſed tunc quaſi ſcriptũ erit manifeſte in eis ꝗ ipſi ſunt filii dei iuxta Apo.iii. qui vicerit ſcribam ſuper eum nomen dei mei gloſa: erit quodammodo deus ſicuti ferrum quod quando vehemẽter eſt ignitum eſt quaſi ignis. Sicut electi erunt quodãmodo dii: quando valde et ſimiles erũt in corporibus glorificatis: etiam erit ſcriptũ quatuor dotibus quaſi quatuor litteris ꝙ ſunt filii dei Scriptura eniȝ vocatur certa deſignatio certum auteȝ erit ex corpore glorificato ꝙ ſint filii dei. Sicuti in veſte precioſa alicuius perpẽditur quod ipe ſit princeps ſecundum hunc modum dicitur eſſe ſcriptum in femore. ideſt in carne chriſti ꝙ ipe ſit rex regum dominus dominantium. Apo.xix.

Do[m]i[nica] vi. poſt oct. pẽthe

Doē.vi.pꝰoc.pē-
coſtes. Sermo. lxxij.

q Uicūq̄ baptizati ſu
mꝰ in xp̄o ieſu i mor
te ipſiꝰ bap.ſu. Ro.
vi. In xp̄o ieſu baptizatꝰ eſt
qui in īſtitutione eiꝰ ſcʒ. in
noīe trinitatis baptizatus
eſt vnde. Math. vltio. Eun
tes docete oēs gētes bapti
ʒantes eos. In noīe patris
et fi. et ſ. ſ. amen. prenoīato
illo ꝗ baptizatꝰ eſt debet di-
ci ego baptizo te In nomie
p̄ris et filii et ſpūs ſancti.
Quicunq̄ baptizatꝰ eſt ſic
in morte xp̄i ideſt purifica
tus a viciis ꝑ mortē xp̄i ꝗa
mors xp̄i eſt cauſa huiꝰ pu-
rificationis cū baptiſmꝰ v̄-
tutem ſuā habeat de morte
xp̄i: ꝗ ergo baptizati ſūt nō
ſolū aqua baptiſmi ſunt ba
ptizati: ſed quodā modo ſūt
baptizati et loti in ſāguine
ſuo. Apo. i. ꝗ dilexit nos et
lauit nos a pctis n̄ris in ſā
guine ſuo. Et notandū ꝙ
eccleſia vult vt baptizati ſci
ant ſe lotos eſſe a pctis ſuis
in xp̄i ſāguine triplici rati
one. Primo vt magis time
ant imūdiciā pcti. Scd̄o vt
intelligāt ꝙ tincti debēt eſ
ſe ſanguine xp̄i. Tercio vt
agnoſcāt virtutē baptiſmi.

Circa ꝑmū vero notādū
eſt ꝙ ꝗnq̄ ſūt ex quibꝰ intel
ligi poteſt quātū ſit timēda
imundicia pcti. Primū eſt
dignitas rei quā pctm̄ inq̄
nat: quāto p̄nus eliq̄s ꝑci
oſior eſt: tanto magis timē
da eſt eius inq̄natio. primo
igiꝛ timenda eſt hec inq̄na
tio ꝓpter dignitatē hūane
nature q̄ perpēdiꝛ ex hoc ꝙ
aīa dei imago eſt. Unde ſic
peccat ꝗ eā mortali pctō in
quinat ſicut ꝗ imaginē cru
cifixi vel beate virginis in
lutū valde imundū proice-
ret. Preterea hūana natu-
ra vnita eſt diuinis in pſo-
na xp̄i. Unde ſic ille ꝗ cru-
cē in qua corpꝰ xp̄i pepēdit
in lutū ꝓiceret peccaret ſic
peccat ꝗ nō timet īquinare
hūanā naturā q̄ diuine na
ture inſeperabiliꝛ aſſociata
eſt. Scd̄m eſt difficultas
recedendi q̄ difficultas īmo

īpoſſibilitas in lucifero et aliis angelis corruptibꝰ ap paret a qbꝰ macula pcti ſe paratri nō potuit: ex quo ſe mel adheſit in hoibus etiā patet difficultas iſta rece dendi. Primo ex hoc ꝙ ex quo hō pmus peccauit nul lus purꝰ hō a pctō perfecte purgatꝰ fuit vt dignꝰ eſſet videre faciē dei donec ſan guis xp̄i effuſus ē quo puri ficato illa pfecta ē. ℬ Se cūdo ex hoc ꝙ ex quo aliq̄s mortalit̄ peccat imundicia eiꝰ ablui nō poteſt p totam aquā q̄ ſub celo ē niſi aqua grē de ſurſū deſcendat que mentē abluat ad purgādū mūduz ab imundicia pcti t miſſū eſt diluuiū ī mūdū ita vt operirētur oīa montes excelſi q̄ ſubſūt vniūſo celo vt legit̄ Gen̄. vij. ante etiaz diē iudicii precedet ignis q̄ cōburet̄ facies mūdi ⁊ aſcē det tantū ignis ille quantū eque in diluuio ad purgati onē mūdi. Terciū eſt imū dicie huiꝰ vilitas q̄ poteſt p pendi ex hoc ꝙ oīs imūdi ciā corporalē non videt̄ re putare reſpectu eiꝰ. Math. xv. vbi dicit de corde exeūt cogitationes male homici dia.etc̄.hec ſūt q̄ coinq̄nāt hoiem nō lotis aūt manibꝰ mādu care nō coinq̄nāt ho minē. Vilitas etiā iſta pa tet ex hoc ꝙ imundicia iſta pulcherrimā creaturā luci ferū ſcȝ. adeo deturpauit vt a tā ſublimi ſtatu ad tā infi mū deiecit: vt īferior eſſe vi deat̄: etiā ſerpētibꝰ et bufo nibꝰ vilitatē huiꝰ miſerie ⁊ imundicie oſtēdit illud. ps xiij. Corrupti ſūt et abhoīa biles facti ſūt in iniq̄tatibꝰ ſuis. Quartū eſt ex hoc ꝙ talis imūdicia adeo diſpli cet deo ꝙ nō habet ita bonū amicū nec in celo nec ī t̄ra quē nō odiret ad mortē et̄ nā ſi maculā vniꝰ mortalis pcti in eo īueniret. Eccl. xij altiſſimus odio habet pctō res. Quintū eſt hoc ꝙ ma cula talis adeo deſtorat rē in quā cadit ꝙ niſi virtute diuina macula illa remoue atur ipſa perdita eſt ⁊ min

q̄ nihil valet. Meli⁹ enī eſſet nihil eſſe q̄ ſic eſſe. Preterea macula iſta hoiem aſſimilat dyabolo et indignū reddit celeſti regno ideo cū magno deſiderio petendu3 eſt vt dñs deleat cā dd. l. ſecūdū multitudine3 mīe tue dele iniq̄tatē meā. ¶ Circa ſcdm vero notādū eſt q̄ xp̄i ani qui baptiſmū ſuſcepērt tincti debēt eſſe in ſāguine xp̄i in quo abluti ſunt vnde baptiſm⁹ tinctio iterpretatur et hic eſt color optimus xp̄ianoꝝ: ſed in multis mutatus eſt color optim⁹ vt legitur Treñ. iiij. Hie. xij. nū q̄ auis diſcolor hereditas mea mihi nūq̄ auis tincta per totu3. Hoc colore debet hō eſſe tinct⁹ iterius in corde exteri⁹ in corpore. In corde vero dupliciter ſcil3. per iugem meditatione3 dñice paſſionis et per deſiderium patiendi pro xp̄o vel imitādi eius paſſionē. ¶ Cor tinctū ſāguine xp̄i habebat beata agnes cum dicebat ſanguis ei⁹ ornauit genas me

as geue cordis ſūt itellect⁹ et affectus intellectū ornat meditatio dñice paſſiōis affectū vero deſideriū patiendi pro xp̄o. Meditatio dñice paſſionis multum vtilis eſt ad deſtructionē [illegible] Ber. viſa xp̄i paſſio, [illegible] delicioſus qui non [illegible] ineat q̄s tam malicioſus [illegible] nō abſtineat q̄s tam iracūdus q̄ non cōdonet. ¶ Accēdit etiā amorē xp̄i in corde hoīs ſicut ī corde filii amorē maternū accēdit cōſideratio eorū q̄ mater pro filio paſſa eſt. Thob. iiij. honorē habebis matri tue omibus diebus vite ei⁹ memor enī eſſe debes que et quāta periricula paſſa ſit pro te in vtero ſuo. Multa maiora paſſus eſt xp̄s ꝓ ſalute noſtra. Exterius vero tincti debemus eſſe ſāguine xp̄i ꝑ carnis mortificationem iuxta illud. ij. ad Cor. iiij. Semꝑ mortificationē ieſu in corpore veſtro circumferentes ſicut eccleſia imitari debet xp̄m in candore puritatis:

ſic i rubore paſſiōis. Cāt.v dilect⁹ meus cādidus et rubicundus et qualis celeſtis tales et celeſtes.i.Cor.xv.

Circa terciū vero notandū [illegible] q baptiſm⁹ magne [illegible]e eſt et videt̄ xij. effect⁹ h[illegible]ere quoꝝ quinqꝫ oſtēduntur nobis per quinqꝫ operationes naturales q̄s habet aqua in qua habet fieri baptiſmus. Aqua enī ſordes abluit: ignē extinguit calorem refrigerat ſubmergit et terrā rigando fecundat. Primus ergo iſtorū .v effectuū baptiſmi eſt ſpūalium ſordiū ablutio et baptiſmus velut quoddā balneū eſt q celeſtis ſponſus eccleſie ſue pparauit: in quo primo balneauit ſe ⁊ cum alia balnea balneantes ſoleant abluere et a balneantibus inquinari. Sponſus tamē eccleſie cum ipſe ſit candor lucis eterne et peccatū non fecerit balneū illud non inquinat: ſed cōtactu ſanctiſſimi corporis ſui vim abluendi aquas dedit ei. Scd'ꝫ effect⁹ baptiſmi eſt q ignē infernalē et etiā purgatoriū extinguit quātū ad ipſū baptizatum: vt de cetero ignis infernalis vel purgatorius nō poſſit in eum niſi ipſe peccādo reaccēderit eū cōtra ſe vnde admirāda eſt fatuitas illoꝝ q poſt baptiſmū peccāt cum voluntarie ignē in propriū incēdiū incēdant. Terci⁹ effect⁹ eſt q ardorē prauarū cōcupiſcentiaꝝ refrigerat: min⁹ eī poſſunt huiuſmodi ardores in baptiſatis q̄ in nō baptizatis. Hii vero ardores ſūt velut ignis ille q beati anthonii noīat. Unde nimis miſericordes videtur eſſe parētes q nolūt filios ſuos cito p baptiſmū ab hiis ardorib⁹ liberari. Quart⁹ effect⁹ ē q exercitū diaboli cū ſubmergit quātū ad ptātē vt de cetero nō poſſit i baptizatū niſi p ɔſēſū pctī ei vires reddiderit qđ figuratū ē Exo.xiiii i ſubmerſiōe pharaōis cū exercitu ſuo i mari rubro ⁊ i ps. lxxiij. dr ɔtribulaſti capita

drachonū in aqs. Quint⁹ effect⁹ eius eſt ꝙ ſrā cordis irrigat et irrigādo fecūdat ante baptiſmū. Eſt ſra cor=dis velut ſabulum iuxta il lud ps.i. nō ſic ipii nō ſic ſ; tanq̄ pulvis. vnde ſterilis eſt ad bona opera ſed in ba ptiſmo rigaſ aqua grē. ⁊ ad bona opera fertilis redditur purior. Quatuor alii effe=ct⁹ baptiſmi oſtēdunſ. Luc iij. vbi legiſ ꝙ ieſu baptiza to et orāte apertū eſt celū et deſcēdit ſpūs ſcī. ſcꝫ corpali ſpecie ſicꝫ colūba in ipſū: et vox de celo audita eſt hic eſt filius me⁹ dilect⁹ in quo be ne mihi cōplacui. Primus aūt iſtorū q̄tuor effectuū eſt celi apertio et eſt in hoc ma gna virt⁹ baptiſmi qui cū in terra exhibeaſ in celo tamē operaſ ad ſignificandū hūc effectū baptiſmi voluit dñs celū aperiri ſup primū ba=ptizatū cū nullus tūc eſſet ī de egreſſurus vel ingreſſu=rus niſi vt oſtēdereſ ꝙ q̄ ci to baptizatus eſt ſi decedat euolat inueniēs celum ſibi apertū: cū āte baptiſmū eſ=ſet ei īfern⁹ apt⁹. Ex q̄ ſatis patet q̄ta ſit fatuitas mul i erū que incōſolabiliſ dolent de morte filiorū ſuorū q̄ poſt baptiſmū decedūt āteq̄ ba ptiſmalē īnocētiā amiſerīt Valde enī fatuū eſt eas do lē de hoc ꝙ filii eaꝝ trāſferūt a ſocietate hoīm ad ſocieta tē dei et angeloꝝ gliaꝫ quā ſibi vellent filiis luidere vi denſ potꝫ deſiderātes eos eſſe in hoc exilio q̄ in celo. Gaudere debēt de hoc ꝙ fi=lii ſui ita de facili tātā glo=riā acqrūt et de hoc ſolū do lere poſſent ſi ꝓpter culpaꝫ eoꝝ deceſſerint apparet eti am q̄ reph̄ēſibiles ſint ille ꝓpter quarū negligētiā et dilationē filii eaꝝ tātā glo riā amittūt. Mai⁹ enī dam nū faciūt filiis ſuis q̄ ſi p⁹ baptiſmū eos ꝓpriis mani bus iugulaſſēt: iugulando tamē magis peccarēt: occi dere enī vel exponere ꝓpri um filiū dyabolicū eſt ⁊ cru delias talis crudelitatē le onū et lupoꝝ exuperat. R

guaẽ nō clamat Ex negligē tia magna videt̃ eſſe defectᵒ gratie in hoïbᵒ in tempore grẽ cū habeāt proximos va rios fōtes grãꝶ ſcʒ ſacra mētū penitentie et euchari ſtie. Heb. iiij. adeamus cū fi ducia ad thronū grẽ Criſo ſtomᵒ. nūc tp̄us donoꝶ: tūc tp̄s auxilii qui tēpore grẽ a grã aridi ſunt: ſiltes ſūt eis q̄ calcatis torcularibᵒ ſitiūt Job. xxiiij. Scđo in debito modo ſe habent ad grãm q̄ ci pulſāti nō aperiūt habe re cor clauſū grẽ dei et deo. Idem eſt apoč. iii. Ego ſto ad hoſtiū ⁊ pulſo. Si q̄s mi hi apperuerit intrabo: ma gna mĩa dei qui ita diu pul ſat ad cor pctōꝛis: ⁊ magna iuſticitas pctōꝛis q̄ aperire nō vult ei. Gregorius. debe mus dei mĩam erubeſcere: ſi iuſticiā eius nolumᵒ for midare q̄ tanto ampliori ĩ probitate cōtēnit̃: q̄to cōtē tus vocare nō dedignatur: grã dei ſe habet vt radiᵒ ſo lis: appi ei feneſtrā cordis et intrabit. Heb. xij. cōtem plā: ne q̄d deſit ⁊c. p̄ma. Primo. Spectate in eā: q̄ vobis afferẽ grãm: ſed ſūt q̄ daꝶ eā a ſe repellūt: vel ti more cordis vel quaſi obie cta purcicia etiā manuum ſuaꝶ. i. operā Jaco. iiii. de us ſupbis reſiſtit hūilibus aūt dat grãm: q̄ grẽ dei ap perte nolūt: videtur pecca te i ſpm̄ ſāctū: ingrati bo nitati dei quā cōtēnūt. ¶ Tercio modo indebito mo do ſe habēt ad grãm q̄ eam extīguūt. i. Theſſal. v. ſpm̄ nolite extinguere vel grãm nolite celare: alia littera ſe cūdū gloſa. Spm̄ extiguit q̄ donū abſcōdit ſpūs ſci ꝓ pter qđ mereto ꝑdidit illud qđ accidit et q̄ negligit: ex grẽ ſibi data ꝓficere. p̄ma ad Thi. iiii. noli negligere grãm que eſt in te: grẽ ſpe cialiẽ cōuenit illud Prouerb vltio. panē ocioſa nō come dit: panis quo grã ſuſtētaẽ eſt opus quod exit ab ea vn de ſi ceſſat operari: ceſſat ſu mere cibum ſuum. vnde de ficit: Iſaye. iiii. dicūt vitm

tes panẽ noſtrũ comedem⁹ gře etiã cõuenit. Geñ.xxx. da mihi liberos aliõqn mo riar. E Quarto in debito modo ſe habet ad grãm qui datorẽ gře ɔtriſtat ſpm̃ ſctũ cõtriſtat: ꝑ pctm̃ a ſe expellẽdo et ſpm̃ malignũ introducẽdo qḋ nõ eſt ſine magna ɔtumelia dei. Ephe iiii. nolite ɔtriſtare ſpm̃ ſãctũ. Heb.x. quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filiũ dei cõculcauerit et ſãguinẽ teſtamẽti pollutũ duxerit in quo ſctificat⁹ eſt et ſpũi gře cõtumeliã fecerit deteriora in ꝙ morte. F Quinto in debito modo ſe hab3 ad gratiã qui eã odit ꝑſequit in aliis: vt faciunt inuidi qui ſũt hoſtes ſpũs ſãcti de quib⁹. Job.xxiv. ipſi rebelles fuerũt lumini tales vix viſitat gratia dei: de quib⁹ reqre in tractatu de inuidia. Sexto ĩdebito modo ſe hñt ad grãm ſymoniaci q̇ eã vẽdũt vel emũt: quia eſt valde magnũ pctm̃ in tpe gratie eſt enĩ ɔtra grãm: ſicut ſub lege naturali pctm̃ ɔtra naturã eſt valde magnũ. Damaſc⁹ papa. oĩa alia crimina comparatione ſymoniace hereſis pro nihilo reputantur. Quere in tractatu de auaricia. capl'o de ſymonia. G Septimo in debito modo ſe hab3 ad gratiã q̇ ꝙ gře eſt: tribuit alii: nõ ſic paul⁹ q̇ dixit: grã dei ſũ id qḋ ſum. Gal.ii. dilexit me et tradidit ſemetipſũ ꝑ me: nõ abiicio grãm dei vel nõ ſũ ĩgrat⁹ gře dei: alia littera Si meretrix offẽſa fuerit.iii. Reg.iii. de filio ſuo ſibi furtim ſublato: nõ eſt mirũ ſi de⁹ offẽdatur: quando aliqs ſibi vſurpat qḋ gře ei⁹ eſt. Et nota ꝙ ex hoc verbo initiũ habet ꝙ ponit in litteris prelatoꝝ dei grã In litteris tamẽ quorũdã veri⁹ poſſet poni hoĩm gratia vel dei ira. Oſee.xiii. dabo tibi regez in furore meo et offeram indignationem meã ex magno furore et ex magna ira dei prouenit ꝙ

in grege quē proprio ſāgui ne acquiſiuit: lupū permit tat pro paſtore.

Itē alia materia ſermonis de eodē verbo. Ser.lxxxvij

G Ratia dei ſuz id qḋ ſū.etc. valde neceſſariū eſt hoi vt ſeip ſū cognoſcat: de celo eni deſcēdit notiſelitos.i. cognoſce teipz dicit ſapiētia. Ber Noueris omia miniſteria ſi te neſcieris: eris ſimilis edificanti ſine fundamento. Boetius. humane nature iſta cōditio eſt vt tunc tātum ceteris rebus excellat ſi ſe cognoſcit: eadem tamē īfra beſtias redigatur ſi ſe noſſe deſerit. Nam ceteris animātibus ſeſe ignorare nature eſt: homini vero vitio venit. Ideo dicitur. Cātic.primo. ſi ignoras te: o pulcherrima mulierū egredere: ꝛ abi poſt veſtigia gregum tuorum: poſt veſtigia gregū abit: quando iumentis inferior efficitur ignorando ſeipſū: qui cognoſcere ſe potuit. Ber. an non videt tibi ipſis beſtiis quodāmodo rationabilior eſſe homo: ratione vigens: et ratione nōvtēs: pecᵒ quidem ſi ſe ratione nō regat: excuſationē habet a natura: B Ad cognitionē vero ſui multum valet ſi homo diligenter conſideret ꝙ homo ſit ꝑ naturā: et quid fiat per culpam, et quid per gratiā: et loquitur hic de natura deſtituta. Notandum ergo ꝙ homo per naturā habet eſſe contemptibile et miſerabile: filius enim eſt putredinis, et ſoror vermium. vnde. Job.xvii. putredini dixi: pater meus es mat mea ꝛ ſoror mea vermibus. Adā in ſtatu ante peccatuz: cum erat immortalis: ſanᵒ erat et ſine corruptione: peccando vero factᵒ eſt putredo neceſſitati putrefactēdi additus et qui ab eo nati ſūt ad moduz vermiū nati ſunt de putredine. vnde Job.xxv. Quāto magis hō putredo et filius hois vermis. Itē hō per naturā eſt filius tre

ente morti condēnat⁹ ꝙ na
tus. Ephe.ii. eram⁹ enī na
tura filii ire Seneca. oīnes
capitali ſupplicio condēna
tiſſumus. Ideoq₃ miſereoꝛ
hoīe q̄ eterne mortis terro-
re poſtratus viuēdi ſenſum
ad hoc acceperat: vt periret
E Per culpā vero fit ho
mo maledictus. Maledicti
enī ſunt q̄ declināt a māda
tis tuis. et Deut. xxviii. ſi
audire volueris vocem dñi
dei tui. etc̄. venient ſuper te
oēs maledictiones iſte: et
apprehēdēt te: maledictus
eris in ciuitate. etc̄. ꝛ. xxvii
Similit̄ habet̄ de iſtis ma-
ledictionib⁹ Itē infelix fit
aliiſq₃ per culpā vt oīa bona
eū fugiant: qḋ enī alii eſſet
bonū ei nō eſt bonū. Sene
ca nihil eſt hoī bonū ſine ſe
bon⁹ et merito cum male ſe
habeat ad dñm ſuū ea qui
bus ipſe dñatur: male ſe ha
bent ad ipſū. Itē fit exoſus
deo iuxta illud. Sap. xiiii.
odio ſūt deo īpi⁹ et īpietas
ei⁹. Eccl. xii. altiſſim⁹ odio
h₃ pctōres Itē etiā anihila
tur: vt iudicio in valoꝛe ni-
hil ſit. ps. xiiii. ad nihilum
deduct⁹ eſt in cōſpectu eius
malign⁹. Unde quātūcūq₃
videat̄ valere ſcḋm ſclm: ni
hil debet appciare ſe. Item
fuit ſoci⁹ demonū in p̄ſēti:
ſimilis ei in culpa. In futu
ro ſilis erit eis in pena Fit
etiā ſoci⁹ iumentoꝝ Hiero.
abſq₃ noticia creatoris ſui:
oīs hō pecus eſt īmo īferioꝛ
iumētis eſt: in hoc ꝙ eſt in
miſia culpe et pene: cū iu-
mēta ſoluī ſint ī miſeria pe-
ne. Preterea debitoꝛ eſt nō
ſolū mortis tpālis: ſ₃ etne
cū iumētū tātū tpālis ſit de
bitoꝛ. D Per grām vō fit
hō bñdict⁹. Deut. xxviii. ſi
p̄cepta ei⁹ audieris bñdict⁹
tu ī ciuitate bñdict⁹ in agro
ꝛc̄: ꝛ hoc noīe vocabit de⁹ bo
nos ī die iudicii dicēs Mat
xxv. venite bñdicti. ꝛc̄. ecō-
trario malos vocabit male
dictos dicēs: ite maledicti.
ꝛc̄. vt legit̄ ibidē Itē gr̄a dī
fac̄ hoīe₃ btm̄ p̄. cxliiii btūs
eſt pplꝯ cui⁹ dñs de⁹. Itē fa
cit hoīe₃ dī filiū heredē dei

coheredẽ vero xpi. ad Ro. viii. filii et heredes ⁊c. ¶ Gratia ergo dei eſt hõ id qđ eſt. ideſt ſi qđ habet valoris hoc habet a grã: ꝑ naturaꝫ enĩ in ſtatu eſt contẽtibili. in ꝯtẽtibiliori per culpã ꝓpriã: cũ diſtinguat̃ triplex vita, nature, grẽ, et glorie. Vita grẽ eſt precioſitas vite nature: et preciũ ſiue meritũ vite glie. Vita eni nature nõ eſt appetẽda illis q̃ nõ ſunt habituri vitam grẽ quia ſunt dãnandi: ad vitã ergo glie nõ peruenitur niſi per vitam grẽ: magno igitur amore amanda eſt vita gratie: et multũ timẽda eſſet mors ei cõtraria ſcilicet mors culpe: multo ampli⁹ timẽda eſſet q̃ mors que eſt cõtraria vite nature: de vita nature legitur Jaco.iiii qđ eſt vita homĩs: vapor eſt ad modicũ parans: et deinceps exterminabit̃ et. Job vii. memento mei q̃a vẽtus eſt vita mea: et hoc ĩtelligatur de vita corporis, et naturali et etiã vita anĩe de qua planũ eſt hoc qđ nõ multuꝫ amanda eſt. Si non debeat ſequi vita grẽ vel glie: cum hanc vitã habeant aĩe que ĩ inferno dãnate ſunt: quib⁹ melius eſſet non eſſe q̃ eſſe. Apo.ix. deſiderabãt hoĩes mortẽ ⁊ fugiet mors ab eis talẽ etiã habent vitã demones quib⁹ meli⁹ eſſet non eſſe q̃ eſſe. ¶ Sequitur et grã dei in me vacua nõ fuit gratia dei in paulo vacua nõ fuit: imo multũ profecit Primo in meritorũ multiplicatione. i. Cor. xv. plus olbus laboraui. ⁊c. ii. Cor xi. in laboribus plurimis. Scđo in dyaboli ĩpugnatione. ii. Cor. xii. ſufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate ꝑficitur. et. ii. Cor. ix. ſic pugno nõ quaſi aerẽ verberans. Et tercio ibi, primorꝫ edificatõe vnde i. ad Cor. iiii. ꝑ euangeliũ ego vos genui. Ro. xv. ab hirl'm ꝑ circuitũ vſq₃ ad illiricũ mare repleuerim euãgeliũ Quarto in dei cognitione ⁊ amore. vnde rapt⁹ ĩ

vſq ad terciū celū.ij.Coꝛ.
xij. Et notandū q̄ q̄dru-
plici ratōe valde cauēdū eſt
hoīne grā dei in eo ſit ocio
ſa. Primo qa grā dei defi-
cit ſi ocioſa ſit: cuius ratio
hec eſt: qa opus grē cib⁹ eſt
et velut ſuſtentatio ei⁹: vn-
de ſi ocioſa eſt panē non co
medat. Juxta illud Prouerb
vltio. et panē ocioſa non co
medit: et ideo nō eſt mirū ſi
deficit. Sic viſus illi⁹ q̄ diu
eſt in tenebris vbi nō videt
deficere ſolet. Scḋo qa ſol⁹
laboꝛ q̄ ex grā eſt vere bon⁹
eſt: et glorioſū fructum ha-
bet: Sap.iii. bonoꝛū laboꝝ
glorioſus eſt fruct⁹. Tercio
qa valde periculoſū eſt gra
tiā in aliquo eſſe ocioſā: cū
gratia illa ſibi a deo cōmiſ
ſa ſit ad lucrū: et niſi lucra
tus inde fuerit dānari poſ
ſit vt patet in pabola de ta-
lētis. Math.xxv. ſeruū inu
tilē inqt ꝓicite in tenebras
exteriores. Quarto qa ſol⁹
fruct⁹ grē in celeſti theſau
ro ponit̄. Math.v. theſauri
zate vobis theſauros ī celo
rc. ſol⁹ fruct⁹ grē ab hoīe de
fert̄ cū ab hac vita diſcedit.
Apo.xiiij. opa illoꝝ ſequū
tur illos hoc fructu ſolū in
paradiſo viuitur.

Dñica.xij.p⁹ oct.pēthe.
Sermo de epl̄a. lxxxviii.

Sufficientia nr̄a ex
deo eſt.ij.ad.Coꝛ.
iii. multū ſolet pla-
cere hoīm defectū magnū
patiēti qn̄ ſibi oſtēdit̄ vnde
poſſet defectū illū ſupplere
ideo mat̄ eccl̄ia filiis ſuis
m̄ltū deficiētib⁹ oñdit̄ vnde
poſſint ſupplē defect⁹ ſuos
dicēs ſufficiētia nr̄a ex deo
eſt. Et notandū q̄ tripli
cit̄ eſt hō deficiēs. Primo
qa nō eſt ſufficiens ad ſubſi
ſtēdū. Scḋo. qa nō eſt ſuffi-
ciēs ad bn̄ vinēdū. Tercio
qa nō eſt ſufficiēs ad deſide
riū ſuū īplendū ex his bo-
nis trāſitoꝛiis. Ad ſubſiſtē
dū etiā tripliciť eſt īſufficiē-
ens Primo qꝛ ſicē ex nihilo
eſt ita in nihilū redigeret̄:
niſi a deo ineſſe cōſeruaret̄
Ber. ī libꝛo de diligēdo do
nata illa ꝯdita fuit vt habe

at iugit̄ necessariū ꝯtecto‑
rē q̄ habuit ꝯditorē vt q̄ ut
ſi p ipſū non valuit eſſe ſine
ipſo: nec valuit ſubſiſtere.
Augᵒ. deᵒ ex nihilo oīa fe‑
cit: ꝛ ſi ſe ſubſtraheret in ni
hilū redigerētur. et Grego
eſſe oīm q̄ de nihilo ſunt in
nihilū tēderēt: niſi ea oīm
actoꝛ manu regiminis re‑
tineret. Scdo inſufficiens
eſt hō ad ſubſiſtendū q̄a nō
eſt ſufficiēs ad defēdēdū ſe
ab hoſtibᵒ ſuis īmmo a de‑
monibᵒ valde cito perime‑
retur: niſi a deo defēderet.
Treſt. iii. mīa dn̄i ꝙ nō ſu‑
mus conſūpti. Ber. ſi boni
ſpūs a nobis ſe elōgauerīt
īpetum maloꝝ: q̄s poterit
ſuſtinere. Tercio īſufficiēs
eſt hō ad ſubſiſtēdū q̄a cibo
indiget vt ſuſtentet̄: aliter
cito deficeret hāc īſufficien
ciā nō habet āgelᵒ imo nec
etiā lapis. ℞ Ex pͥma in
ſufficiētia agnoſce fatuita‑
tē coꝝ q̄ ſe cōtra deū erigūt
Jdē enī eſt ac ſi ſecuris eri‑
geret ſe ꝯtra eū a quo moue‑
tur. Jſa. x. nunq̄d gl'abit̄ ſe
curis cōtra eū q̄ ſecat in ea
aut exaltabit̄ ſerra cōtra eū
a quo trahit̄. Non poteſt ſe
mouere ſecuris niſi ab hoīe
moueat̄: ꝛ cū mouet̄ ſi a mo
uente dimittat̄: ad terrā de
cidit: ſic hō nō poteſt ſe mo
uere abſq; deo, et ſi a deo re
linquat̄ ī nihilū redigitur
Grego. oīa creata nec ſubſi
ſtere nec mouere ſe p̄ualent
Sicut lapis nō aſcēdit ſur
ſū niſi in virtute aliena: ſi
vo dimiſſus ad terrā tēdit:
ſī c v̄tute diuina creature in
eſſe ꝯſuant̄. iuxta illō. Heb
i. portās oīa v̄bo v̄tutis ſue
ſi autē dimiſſe ad nihilū vn
de venerāt redūnt̄ Sic cre
atura p ſeipſā eſſe nō īcepit
ſic nec p ſeipſā ī eſſe ꝯſuat̄:
q̄a nō mīnoꝛ eſt v̄tᵒ q̄ q̄rere
parta tueri: ꝛ ſic hō īdiguit
ad hoc deo ꝙ hō eſſet: ita eti
am vt eſſet ſcōa die ꝛ t̄cia et
ſic deīceps. ℭ Circa ſcōaꝫ
inſufficiētiā agnoſce fatui
tatē eoꝝ q̄ grām nolunt ha
bere cū deo: cito eni vidicaſ
ſet ſe dn̄s de eis ſi vellet: q̄a
demōes ſi ipſos ꝑmitteret:

eos inſiceret Ultra iſania nō ſufficiūt hoīes defēdere ſe ab hoſtib⁹ ſuis: et tamen deū hoſtē volūt habē Saltē bellū qd hūt cū demonibus cauſa deberet eſſe: vt pacifi carent cū deo. Job . xl . me= mēto belli nec vltra adicias loqui. Ex fcia iſufficiētia agnoſce igratitudinē eorū q deū peccādo īpugnāt a q quaſi miraculoſe paſcūtur: valde igrat⁹ fuiſſet helyas ſi dn̄m peccādo īpugnaſſet qñ dn̄s paſcebat cū miracu loſe . iii . Reg . xvii . mittēdo ei per coruū panē et carnes mane et veſpe: valde etiā in grati erāt iudei qñ deū offē debāt: q eſcā angelorꝫ mit= tebat eis . Sap̄ . xvi . eſca an gelorꝫ nutriſti pp̄lm tuū . Sic valde igrati videnť eſſe iſti quos paſcit dn̄s pauca grana in t̄ra multiplicādo ſi cut z qnqꝫ panes multiplica uit vel ex vna pte vitis: q̄ſi īfinitas vites pducēdo: ci to pfeciſſet dn̄s guerrā ta= liū ſi vellet ſubſtrahēdo eis victualia . Neceſſe eni habe rēt tūc perire: nō eſt caſtrū a deo iexpugnabile qn poſſit capi Si poſſint ei victualia auferri. Cū canis hoies ſi bi non bn̄ficos mordeat . tn̄ ſe paſcētes amat . Ualde er go erubeſcē debēt q deū a q paſcunť peccādo īpugnare nō ceſſāt: talib⁹ nō ſolū po= terit dici illud . Apoc . vltio foris canes īmo poſſit dici foris vos q deteriores fuiſtis q̄ canes. D Sc̄dꝫ de iſuffi ciētia hois ad bn̄ viuēdum. Notādū ꝙ ꝙ hō eſt triplicit̄ inſufficiēs. Nō eni ſufficit hō bonā vitā īchoare nec in ea ꝯtinuare nec pficere ꝙ hō inſufficiēs ſit ad īchoā= dū patet ex hoc ꝙ ipſe nō ſit ſufficiēs ad cogitandū me ritorie. Cogitare vero pri mum opus videtur eſſe: et minimum . prima Cor . iii . non ꝙ ſufficientes ſimus aliquid cogitare ex nobis: quaſi ex nobis etcetera . ergo ſi ad minimum opus non ſufficimus: nec ad maiora ſufficiem⁹: poteſt hō ſe occi dere p maliciam peccando

Sap̄.xvi.hō per maliciā oc
cidit aīaʒ ſuā: ſed nō poteſt
hō purus ſuſcitare ſeipſum
poteſt hō ſeipſuʒ ꝑdere: ſed
perditus nō poteſt ſeipſū li
berare. Oſee. xiii. perditio
tua iſrl̕ tātūmodo ex me au
xiliū tuū. Itē nō ſufficit hō
ad perſeuerandū in bono:
q̄a ſcd̄m Grego. cito bonuʒ
amittit̄: niſi a largitore cu
ſtodiat̄. Aug⁹. loq̄ns de pe
tri negatione. hic cognoſci
tur q̄m verum eſt. Sine me
nihil poteſtis facere. Ecce
ad vni⁹ aure īpulſū: firmiſſi
ma colūna cōtremuit. E
Nō ſufficit etiā homo ꝓfi-
cere multomagis etiā et in
bono ꝑſeuerare. Ideo bea-
tus eſt qui ſpem ſuā in dn̄o
habet. Hiero. xvii. bn̄dict⁹
vir q̄ cōfidit in dn̄o: cui⁹ ra
tio inuit̄. Iſa. xl. vbi dicit̄ q̄
ſperant in dn̄o: mutabunt
fortitudinē: fortitudo eniʒ
dei in auxiliū veniet eis: ex
qua poterūt qđ ex ſe nō po-
terāt. in p̄s. xxv. Sperans
in dn̄o nō īfirmabor: ꝛ iterꝫ
p̄s. xxxiii. ꝛ nō derelinquet
oēs q̄ ſperāt in eū. Ber. ſuꝑ
illud. Cant. trahe me p⁹ te
dixit in perſona eccl̕ie: dn̄e
ſcio me neq̄q̄ ꝑuenire poſſe
ad te: niſi gradiēdo poſt te:
ſed nec hoc quidē niſi adiu
tū a te: adeo trahas me poſt
te. Beat⁹ ſiq̄dem eſt cui⁹ eſt
auxiliū a te: aſcenſiones in
corde tuo diſpoſuit in valle
lacrimarū ꝑuctur⁹ q̄nq̄ꝫ ad
te in montib⁹ gaudioꝝ. Ex
p̄ma īſufficiētia agnoſce fa
tuā eoꝝ p̄ſūptionē q̄ credūt
ꝙ q̄n volēt emendabūt vitā
ſuā hec eſt repromiſſio neq̄ſ
ſima: q̄ multos ꝑdit vt legi
tur. Eccl̄i. xxix. ¶ Ex ſcd̄a
inſufficiētia agnoſce fatui
tatē eoꝝ: q̄ cū ſint in bono
ſtatu vt eis videt̄ de caſu ſi
bi nō timent: nō attēdētes
illud. i. ad Coꝛ. x. qui ſe ex
iſtimat ſtare: videat ne ca-
dat. Et nota ꝙ p̄ſūptio
indiſcreta firmitatis: nul
lis ē occaſio ruine: ideo pe
trus vili⁹ ceteris coꝛruit q̄
pre ceteris p̄ſūpſit. Iudit. vi
dn̄e dn̄e oſtēde q̄a nō dereli
q̄s p̄ſumētes de te et preſu-

mẽtes de ſe,ꝛ de ſua virtute gl'iantes humilias. Aug⁹. multos ĩpedit a firmitate p̄ſũptio firmitatis. Ex tercia inſufficiẽtia agnoſce fatuitatẽ eorũ q̇ raro vel nunq̃ in orõne ſũt: vt dei vel ſãctorũ petant auxiliũ: nõ attẽdẽtes quãtum neceſſe ſit eis celeſte auxiliũ. Ideo dicit ſcriptura q̄ de⁹ hoiẽ poſuit in paradiſo. Geñ. ij. et nõ dicit q̄ homo ibi ſe poſuerit ad oſtendendum q̄ homo in paradiſo ex virtib⁹ ſuis nõ puenit. ¶ Sequit̃ de t'cia inſufficiẽtia que attẽditur in replendo cordis deſideriũ. Notãdũ ergo q̄ deſideriũ cordis tẽporalibus bonis repleri nõ poteſt vnde Eccꝭs. v. auarus non ĩplebitur: cuius rei triplex poteſt aſſignari ratio. Primũ eſt capacitas ipſi⁹ aĩe q̄a ſcḋm ſãctos aiam dei capacem nihil min⁹ deo replere poteſt. Unde cũ orbis terrarũ ſit ante deũ quaſi guttã roris ante lucanĩ: vt legit. Sap. xi. nõ ſufficit replere cor vni⁹ hoïs. Scḋo ꝑpter bonorũ tẽporaliũ vanitatẽ. Ber. nõ plus faciat cor hois auro q̄ corp⁹ aura ideo dixit beata virgo q̄ deus diuites dimiſit inanes Luc. i. q̄ſi q̇ apprehẽdit vmbrã et ꝑſequit̃ ventũ. Sic q̇ attẽdit ad viſa mendacia id eſt ad tp̃alia que nõ ſoluunt qḋ ꝓmittũt: et ideo mendacia dicit. Tercio q̄a tp̃alia bona nõ ĩtrant cor hois eſſẽctaliter: ideo nõ replẽt illud ſicut vinũ in dolio ventrẽ nõ ĩplet: nec corporalẽ ſitim ſedat: ſic pecunia ĩ burſa vel in archa nõ replet cor hois: nec ſedat ſitim auaricie ĩſaniire videt̃ auar⁹ q̇ ſedare nolẽs ſitim cordis ſui ponit pecuniã in burſa vbi ſitis nõ eſt ſola grã dĩ q̇ cor ĩtrat ſitim cordis poteſt extinguere. Itẽ ſermo de eodem verbo. lxxxix.

Sufficientia nr̃a ex deo ẽ. Qui vult ſaluare aiam ſuam debet habere fixum in corde ſuo q̄ propria eius virt⁹ nõ

ſufficiat ad hoc. Aug⁹. dñe ſine te nihil ſūt oēs conat⁹ mei. Scdo debet habere fixū qd diuinū auxiliū ei nō deerit niſi p culpā ei⁹ ſtete rit. ps. xvii. De⁹ meus adiu tor me⁹ et ſperabo in eum. Tercio nō debet fingere ſe qn faciat poſſe ſuū et labo rare ad hoc vt diuinū auxi liū aſſit: homi eni fingenti ſe et nō facienti poſſe ſuum de⁹ ſubſtrahit auxiliū ſuū. Sap. i. ſpūs ſctūs diſcipli ne effugiet fictū: debet etiā orando et elemoſinas dādo et alia bona opera faciēdo laborare ad dei auxiliū ha bendū: ex quo agnoſce fa tuitatē aliquoꝝ q cū nō poſ ſint vitā ſuā emendare ſine dei auxilio: cū deberēt gra tiā ei⁹ acqrere inſiſtēdo ali quib⁹ operib⁹: q ſciūt ei pla cere: ipſi potius offēſas ei⁹ multiplicāt: ꝛ ſic ſperāt ad emēdationē vite ſue puenī re. B Itē notādū ꝙ tri plex eſt ſufficiētia. ſcȝ natu re, et grē et glie: de q pma legit. q. ad Thi. vi. habētes alimenta et qb⁹ tegamr his ptenti ſum⁹: hee ſūt diuicie xpianoꝝ in ps. xxxvi. me lius eſt modicū iuſto ſup di uitias pctōꝝ multas: bea tior eſt q habet victū et veſti tū et ſibi ſufficiunt: ꝙ ſi ha beret totū mundū et ſibi nō ſufficeret Prouб. xxx. duo rogaui te ne deneges mihi anteꝙ moriar vanitatē ꝛ ver ba mēdacia longe fac a me mendicitatē et diuitias ne dederis mihi: tribue tantū modo victui meo neceſſaria ne forte ſatiatus illiciar ad negādū: ꝛ dicā qs eſt dñs ꝛ egeſtate cpulſus furer ꝛ per iurem nomē dei mei negā do ſcȝ. furtū timore. i. mor tis vtrūꝙ poteſt eſſe occaſio pcti et paupertas et diuitie ſȝ tamē periculoſi⁹ eſt eſſe di uitē ꝙ pauperem. ps. xc. ca dent a latere tuo mille ꝛ de cem milia a dextris tuis a dextris mūꝙ proſperitatis C De ſufficiētia gratie le gitur. ij. ad Cor. xii. ſuffi cit tibi grā mea q dei grām habet: habet ipſum deū: de

bet bene et ſufficere q̄a ni= mis auar⁹ eſt cui de⁹ nō ſuf ficit talis vero diues eſt: et ſi pauper videat. Aug⁹. au rū habēs ī archa diues eſt: deū habēs in cōſcientia di= ues nō eſt: cōiunge deū ꝛ au rū archam ꝛ ɔſciētiā. Sap. oīa habere non potes ergo omia cōtēnas: vt oīa poſſi= deas.ii. ad. Cor.vi. dicit de ſeruis xp̄i: ſicut egentes multos autē locupletātes Intellige ſpūalib⁹ diuiciis tanq̄ nihil habētes: et oīa poſſidentes vbi dicit gloſa. Amb. hic fuit glīa apl'orū: nihil oīno poſſidē: ſine ſol= licitudie eſſe ꝛ gloſa. Aug⁹ D De hoc q̄ſi triſtes ſēper autē gaudētes: et de hoc ſi cut egētes.ꝛc̄.ꝛ de hoc tāq̄ nihil habentes.ꝛc̄.dicit q̄ſi vel tanq̄ talib⁹ addi q̄a hec ſic in ſōnis trāſeūt: ſꝫ ɔtra na ponūtur ſine q̄ſi: q̄a cer ta ſūt: q̄a q̄ triſtitiā hꝫ q̄ſi q̄ gaudiū non hꝫ: q̄modo q̄re hoc q̄a gaudiū circa res eſt triſticia vo ſic ī ſōnis trāſit Si q̄s eni ſōnū dicat: addit quaſi ſedebā: q̄ſi loq̄bar: q̄ſi eq̄tabā et huiuſmodi vbiq̄ꝫ dicit q̄ſi q: ꝙ videbat dormi ens cū euigilauit nō īuenit E Idē intelligēdū eſt de pauptate ſctōꝝ quantū ad hec tp̄alia nō eni eſt v̄a pau ptas: ſed q̄ſi pauptas eſt ve lut ſōniū pauptatis abūdā tia maloꝝ quātū ad tp̄alia iſta.eſt q̄ſi abundātia vel ſō niū abundātie et nō abūdā tia vera. Iob.xx. velut ſō= niū aduolās nō inuenit. et Iob.xxvii. cum dormierit hō nihil ſecū auferet: apɋ et oculos ſuos: et nihil īue niet. gloſa de hiis q̄ in ſōno videbat. et Eccl.xxxiii. ſō= nia extollunt īmpzudētes: quare autē preſēs felicitas ſōnū vocetur require in tra ctatu de auaricia vbi aſſi= gnantur xiii. ſtulticie aua= roꝝ. F Quod autē ſācti v̄e diuites ſint patet ex v̄bo illo. p̄s.xxiii.nō eſt inopia timētib⁹ dūm. p̄ūb.xiii.eſt q̄ſi paup cū in mltis diuiti is ſit. Aug⁹.mltū diues eſt xp̄iana religio q̄ oīa poſſi=

det in oīm poſſeſſore. Sctūt viri ſcti ſi eis deſint tp̄alia hoc fieri ordinatione amātiſſimi patris ⁊ illū defectū eis ſalubꝛē eſſe et precioſuꝫ vnde inter diuitias ſuas illū reputāt. Aug⁹. ſcit celeſtis medic⁹ quid nobis daturus ſit ad conſolationē ⁊ qd ſubſtractur⁹ ad exercitationē: nō enim ſine cauſa hō iumento cibaria ſubſtrahit: de hac ſufficientia gr̄e dicit apl'us ad Phil. vltio ego didici in qbus poſſum ſufficiens eſſe. et Thob. v. ſufficiebat nobis pauptas nr̄a. ¶ De tercia vero ſufficientia legit. Jo. xiiii. oſtende nobis patrē et ſufficit nobis: ibi erit perfecta ſufficiētia qa oīe bonum. Exo. xxxiii. dicit dn̄s moyſi dicēti: oſtēde mihi gl'iam tuā: ego oſtēdā tibi oīe bonū: beatitudo oē bonū habet: eſt eni ſtat⁹ oīm bonoꝝ cōgregatōe pfect⁹: hic non eſt pfecta ſufficiētia: qa nō ſaciat ocul⁹ viſu: nec auris auditu vt legit Eccle. i. ſed in futuro ſaciabit homo ſcꝫ adeo torrēte voluptatis potabitur. ps. xvi. Saciabor cū apparuerit gloria tua.

Dñica. xiij. p⁹ oct. pēthc. Sermo de ep'la. xc.

a Brahe dicte ſūt promiſſiones ⁊ ſemini ei⁹. Gal. iii. prima. Coꝛ. xiiii. in eccl'ia volo qnqꝫ verba meo ſenſu loqui vt alios inſtruā: q̄ decē milia verborum in ligua. hec qnqꝫ verba ſunt credenda ſicut articuli fidei agenda ſicut decem mandata de calogi: cauēda ſicut ſeptē capitalia vicia: appetenda ſicut gaudia paradiſi ſiue pmiſſiones: timenda ſicut ſupplicia ſiue comminatiões. De his libēter deberent loqui: qui habent alios docere et libēter deberent talia audire: q̄ volunt aīas ſuas ſaluare: promiſſiones dei: oīe deſideriū humanū exſuperant et intelligentiam Yſaye. lxiiii. oculus non vidit deus abſqꝫ te: que preparaſti expectantibus te. Si

vis tamẽ loqui de diuerſis
cauſis gaudij qđ erit in pa
radiſo regre in ſmone ſcđo
de illo vbo. Nõ ſũt ꝯdigne
paſſiones hui⁹.etc̃. qbus ta
men hec ꝓmiſſiones debe-
antur: oſtẽdit hic aplꝰs di
cens. Abrahe dicte ſũt pro
miſſiões.etc̃. Gen.xxii. ſub
figura terre ꝓmiſſa eſt vita
eterna abrahe qui obedie-
rat deo volendo imolare fi
lium ſuum et ſemini ei⁹.i.
imitatoribꝰ et⁹ in obedien-
tia: tales enĩ ſemen abrahe
dicũtur. Jo.viii. vbi dñs di
cit iudeis. Si filii abrahe
eſtis: opera abrahe facite.
Gen.xxii. bñdicent in ſemi
ne tuo oẽs gẽtes t̃re q̃a obe
diſti voci mee Oſtẽdit ergo
aplꝰs in verbo iſto ꝙ iplen
tibꝰ mãdata debenẽ ꝓmiſſa
Jdeo hic de mãdatis de ca
logi dicem⁹ Primo ꝯmẽdã
de mãdatoꝝ obſuãtiã de-
de tãgẽdo aliqđ de vnoqꝙ
mãdatorũ decalogi. Notã
dũ ergo ꝙ decalog⁹ ꝯmẽda
bilis eſt a ſcribẽtis dignita
te qꝛ a deo ſcript⁹ eſt vt legiẽ
Exo.xxxi.ꝛ xxxiiii. Jtẽ a
breuitate qꝛ q̃ſi decem linee
ſũt i hac ſcriptura ꝛ a v̾tute
et vtilitate qꝛ q̃ ea ſeruat nõ
dãnaẽ q̃s ſani capitis nõ li
bẽter reciperet aliqđ breue
ſcriptũ qđ a deo miſſũ eſſet ꝑ
certũ nũciũ: et ſuaret ſi ſci
ret ꝙ dũ illđ haberet perire
nõ poſſet. Et notãdũ ꝙ mã
data dei obſuata.xii. virtu
tes hñt in ſuis obſeruatori
bꝰ. Primo faciũt eos ami-
cos dei iuxta illđ. Jo.xiiii
vos amici mei eritis ſi fece
ritis q̃ ꝑcipio vobis: nec eſt
hoc paruũ: cũ enĩ deo ſuire
regñe ſit: ꝛ ſuiẽs regi cele-
ſti par ſit: imo maior rege ẽ
reno. Sicut vulgariẽ diciẽ
de ſeruẽte regi ꝙ par ſit co
miti quãtũ erit hoc eſſe ami
cũ celeſtis regis. Eccl.vi.
amic⁹ fortis fidelis ꝓtectio
q̃ iuenit illũ iuenit theſauꝝ
amico fideli nulla ꝯparatio
ẽ.etc̃. Jdeo diſcrete faciũt q̃
q̃rũt q̃modo amorẽ dei poſ-
ſint acq̃rẽ. Scđo faciũt eos
ſocios dĩ ꝙ diu aliqs mãda
ta dei ſuat deũ hꝫ ſecũ imo

& ī ſeipſo nec poteſt cū amit
tere dū ea ſuabit. Ideo de-
beret eos ſeruare ſicut deum
Joh. xiiii. ſi qs diligit me ſ-
monē meū ſuabit. &c. & ſub
dit et māſionē apud eū faci
em⁹. Tercio facit eos atti-
nētes eſſe deo q̄ſi omni gñe
attinētie. Math. xii. q̄cūq̄.
fecerit volūtatē pr̄is mei: q̄
in celis eſt ipſe me⁹ frater &
ſoror et mater frat vel ſoror
ē xp̄i: q: coheres q̄ſi mr̄ xp̄i
eſt: bona mulier q̄ mādata
dei obſuat: q̄a coronabit ſi
cut mat xp̄i q̄ regina mūdi
coronata eſt & Luc. viii. ma
ter mea & ffres mei ſūt q̄ ver
bum dei audiunt et faciunt
B Quarto faciūt vt hō i
petret a deo q̄ voluerit. pri
ma. Jo. iii. cariſſimi ſi cor
noſtruz nō rephēdit nos de
aliquo fiduciaz habem⁹ ad
deum: vt quicquid petieri-
mus ab eo accipiamus q̄m
mādata ei⁹ cuſtodim⁹ ideo
nō vult de⁹ hoiem audire i
orōne q̄a hō nō vult eū au-
dire in mandatorū obſerua
tione. Prouerb. xxviii. qui

declinat aures ſuas ne au-
deat legem: oratio eius erit
excecrabilis. Quinto fa
cit vt creature ei obediant:
vt legitur. Joſue. x. qui di-
cit ſol cōtra gabaon ne mo
uearis, et luna contra val-
lē hailon: et ſequitur Ste-
terūtq̄ ſol et luna donec vl
ciſceretur ſe gens de inimi
cis ſuis. Sexto ſeruant
hominem ne amittat ali-
quod bonū iuxta illō. Pro
uerb. xxix. verbū cuſtodiēs
filius extra perditionē erit
talis: nec perdit nec perdit
et Eccl. xv. ſi volueris man
data conſeruare, conſeruā-
bunt te. et Mathei. x. veſtri
capilli capitis omēs nume
rati ſunt: quomodo autem
perit oculus vbi non perit
capill⁹. Septimo cuſtodi
unt eos ne aliqō maluz eis
cōtingat. Eccles. viii. q̄ cu-
ſtodit preceptū nō experiet
quicq̄ mali licet accidat vi
ris ſctis aliq̄d qō eſſet alits
malū: eis tamē eſt bonū cū
ſit materia corone eterne.
Ber. iocūdū dei iudiciū qō

ille ſupb⁹ malleator hũilis neſciẽs eis fabricat coronas ppetuas: viro ſctõ ſup p̄priũ dorſũ fabricãt pctõres coronã. Octauo faciũt eos etiã in preſenti beatos Proũb.xxix.q̄ cuſtodit legẽ beat⁹ eſt. Luc.xi. beati q̄ audiũt vbũ dei ⁊ cuſtodiũt illud: ve illis q̄ poti⁹ eligũt eſſe maledicti: q̄ȝ beati. Maledicti ſũt q̄ declinãt a mãdatis tuis. p̄s.cxix. obſ̃uãtes mãdata beatos dictm⁹ q̄a ſũt in lumĩe et gaudio ⁊ dei ſocietate: de lũie et gaudio dicit̃ in p̄s.xviii. Juſticia dñi recte leti cor.precep dñi luci.il.ocl'os. p̄ũb.vi. q̄a mãdatũ lucerna eſt ⁊ lex lux.in.p̄.xviii. In cuſtodiẽdis illis retributio multa. gloſa.q̄ tanta eſt qd̃ nõ poteſt dici. De ſocietate vo dei ꝑus dictũ ẽ. Nono a mala morte cuſtodiũt eos. Aug⁹ morte mala mori nõ poteſt q̄ bonã duxerit vitã. Decimo cuſtodiãt a morte et̃na. Jo.viii.ſi q̄s ſ̃monẽ meũ ſ̃uauerit: mortẽ nõ guſtabit in et̃nũ: Undecimo ad celeſtẽ vitã hoiem itroducũt iuxta illd̃. Math.xix ſi vis ad vitã igredi ſerua mandata Duodecio faciẽ dei eis oſtẽdũt. iuxta illud. Joh.xiiii. q̄ habet mãdata mea ⁊ ſuat ea ille eſt q̄ diligit me ⁊ ſub dit. Et manifeſtabo ei meipſũ: hec manifeſtatio itelligi poteſt faciei dei oſtenſio Preter iſta ſunt alia octo: qb⁹ poſſẽt hoies induci ad obſ̃uantiã mandatorũ dei. Primũ eſt hoc q̄ȝ hoies ad hoc facti ſũt vnde optimũq̄ȝ poſſint facere in mũdo iſto videt̃ hoc eſſe finis eni opti mũ eſt in vnoquoq̄ȝ. Eccles vltio.time deũ ⁊ mãdata ei⁹ obſerua: hoc eſt oĩs hõ.i. ꝑ hoc ſiue ad hoc eſt omĩs hõ Ber. ſi hoc eſt omis hõ ſiue hoc nihil eſt oĩs hõ: nihil iq̄ȝ in valore: p̄terea dign⁹ eſt morte. Ber. dign⁹ plane eſt morte qui tibi dñe ieſu recuſat viuere: qñ aliqua res fit ad aliquod opus: et quandoq̄ȝ facta ad illud: eſt inutilis: deſtruitur igit̃ homo

qui fact⁹ eſt vt mandata dei ſeruaret q̄ñ mādatū dei ſeruare noluit: deſtrui vel mori dignus fuit vnde iuſtiſſima fuit illa ſētencia. Geñ. ii. quacunq̄ die comederis ex eo morte morier. Scd̄m eſt ꝙ tot bñdictiones habēt mādatoꝝ dei obſeruatores Deut͛o. xxviii. venīēt ſup te oīs bñdictiones iſte et apprehēdent te. Si tamē precepta ei⁹ audieris: bñdict⁹ in ciuitate: bñdict⁹ in agro bñdictus fruct⁹ ventris tui et bñdictus fructus t͛re tue etc̄. In noua etiā lege quaſi ad ſingula verba: dat de⁹ bñdictionez obſeruatorib⁹ noue legis. Math. v. beati pauperes. etc̄. Terciū eſt hoc ꝙ obſeruatio mādatoꝝ gratiſſimū eſt ſacrificium deo. Eccl̄i. xxxv. ſalutare ſacrificiū eſt attēdere mādatis et diſcedere ab oı̄ iniq̄tate. Salutare vocat͛ hoc ſacrificiū q̄a cauſa eſt ſalutis et͛ne: cū aliis ſacrificiis poteſt hō dāpnari: cū hoc nō. Diſcedere ab oı̄ iniq̄tate req̄rit͛ ad ſalutē: et nō operare oēm iniq̄tatē i. Reg. xv. nunq̄d vult dñs olocauſta et victimas: et non potius vt obediat͛ voci dñi. ℭ Quartū eſt hoc ꝙ hō nō poteſt meliorē theſaurū in mūdo iſto facē: q̄ꝫ mādata dı̄ ſuare vnde Eccl̄i. xxix. pone theſaurū tuū in precepti s altiſſimi et ꝓderit tibi magis q̄ꝫ aurū. Eccl̄i. iii. ſicut q̄ theſaurizat: ita q̄ honorificat matrē ſuā. Item intelligēdū eſt de aliis mādatis ꝙ dicit͛ de honoratione matris. et Thob. xii. bonū eſt orō cū ieiunio et elemoſina: magis q̄ꝫ theſauros auri cōdere. Quītū eſt hoc ꝙ de⁹ vult ea multū obſ̄uari vnde l ps̄ cxviii. tu mādaſti mādata tua cuſtodiri nimis. ꝓūb. vii. ſua mādata mea et viues et legē meā q̄ſi pupillā ocl̄i tui: pupilla diligent͛ ſuat͛: eo ꝙ ledit͛ de facili et valde piculoſe fact͛ li⁹ aūt ledit͛ lex dı̄ q̄ꝫ pupilla q: ſola volūtate ledit͛ etiā piculoſi⁹ q: meli⁹ eēt hoi ocl̄ꝫ erui: q̄ꝫ p̄cepta dı̄ trāſgredi

Mat.xviij.ſi oculꝰ tuꝰ ſcandaliſat te: erue eū et ꝓijce abs te. Q̄ dñs mandata ſua velit mītū cuſtodiri: ſatis patꝫ ex hoc qđ legitur eccs.viij. ego os regis obſeruo ⁊ p̄cepta iuramēti dī Obſuabat ſalomō os chriſti qꝛ expectabat ſnīam diffinitiuā. Sūt aliq̄ qui potius ora hoīm obſeruāt.iudicia hoīm timētes. ꝯtra q̄s apſs.i.ad coꝝ.iiij. mihi pro minimo ē vt a voƀ iudicer. aut ab hūano die. Obſuabat etiā ſalomō p̄cepta iuramēti dei:ne in futuro darek ꝯ eū ſnīa. Dicunk aūt p̄cepta iuramēti dei. qꝛ deꝰ iurauit ſe redditurꝝ vitā et nā obſeruatoribꝰ eoꝝ. ⁊ penā eternā trāſgreſſoribus Jn pš.lxxxviij.nō ꝓphanabo teſtamētū meū ⁊ que ꝓcedūt de labiis meis nō faciā irrita.Semel iuraui ⁊c. ſic ⁊ nos deberemus firme mādata obſuare q̄ſi iuraſſemꝰ.dđ.cxviij.iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue. Adeo vult dñs mādata ſua obſuari q̄ hoc ſigno debet ꝓpēdi q̄ eū diligūt vel nō.i.io.v. hec ē charitas dei vt mādata eiꝰ cuſtodiamꝰ. Et io.xiiij.ſi diligitis me mādata mea ſeruate. Et qꝛ aliq̄ credunt ſe de cetero nō habeк niſi triſticiā. ſi mādata dei obſuarēt.ſubdit.ego rogabo patrē ⁊ aliū paraclitū dabit vobis.i.aliū cōſolatorē.tūc nō amittik cōſolatio: ſed in ſpūalē mutak. Etiā iṗa inſpectio mādatoꝝ dei habꝫ magnā dulcedinē. Eccl.xxiij.nihil dulciꝰ q̄ inſpicē in mādatis dei. Sicut oculis corpalibꝰ bene diſpoſitis: eſt dulce lumē.ſic lumē mādatoꝝ ꝓcedēs a vero ſole: dulce ē oculis cordis bene diſpoſitis. Sed oculi tenebris cōſueti moleſtari ſolēt cū p̄mo ad lumē veniūt. Sextū ē hoc q̄ magne ſecuritatis ē mādata dei ſeruare p̄a io.iij. q̄ ſeruat mandata eius in iṗo manet. talis ſic manet in deo. q̄ manet in ſinu vel manu eius. Sap.

liij. iuſtoꝝ anie in manu dei ſunt: ⁊ nō tāget illos tormētū mortis ſupple eṫne. Augu. quid times hoīem: hō ī ſinu dei poſit⁹. tu de illi⁹ ſinu noli cadē. quicqd ibi patieris ad ſalutē erit non ad pnicie. Septimū eſt hoc ꝙ alie creature q̄s de⁹ tm̄ nō honorauit ꝙ̄tū hoīem. et q̄ nō expectāt tātā remunerationē. ⁊ p̄ceptū ſibi a deo datū cuſtodiūt. Preceptū poſuit dñs ſoli ⁊ nō p̄terit. et ſic de aliis creaturis. vñ exēpla aliaꝝ creaturaꝝ mlt̄ tū debēt hoīes mouere ad obſeruationē mādatoꝝ dī. Octauū ē multiplex malū qd ex trāſgreſſiōe mādatorū ꝓuenit. ſed hec mala eadem ſunt cū illis q̄ ſequuntur ex pctō. de quib⁹ habeṫ in tractatu de vitiis in principio. ideo hic de his taceamus. p̄terea ad obſeruationē eoꝝ pōt homīes mouere hoc ꝙ nō ſunt grauia. p̄ma ioh. v. et mandata eius grauia nō ſunt. et ſi aliquibus grauia videnṫ: ſīc aliq̄bus aliqua opa grauia ſūt leuia tamē eis apparēt propter aliqđ lucrū tpale. tantū poſſet ibi eſſe. Itē q: ſūt ſeruātī vtilia nō ipſi p̄cipienti. Iſaie. xlviij. ego deus tuus deus docēs te vtilia. Itē hoc ꝙ nō ſeruās ea infidelis iudicaṫ. vnde. i. io. ij in hoc ſcim⁹ quia cognouimus eū: ſi mādata eius obſeruem⁹. Qui dicit ſe noſſe deū ⁊ mādata ei⁹ nō cuſtodit: mendax eſt. Et eccī xxxij. qui credit deo attendit mādatis. ergo qui non attēdit mandatis: deo non credit. ¶ Preṫea tranſgreſſio mādatoꝝ homiem diabolo aſſimilat ⁊ aſſociat in p̄ſenti ꝑ culpā: in futuro ꝑ penā. Soli homīes ⁊ demones nō cuſtodiūt q̄ ſibi a deo mādata ſunt. Debet etiā mouere hoīes ad obſnantiā mādatoꝝ certitudo veritatis ⁊ ſalubritatis eorum. In pſ. cxxvi. Iuſticia tua iuſticia in eternū: et lex tua veritas. Secure incedit homo per viā illā quaꝫ

209

docet ille qui nō pōt falle-re nec falli. alij p̄ceptores: et fallere poſſunt ⁊ falli: ſꝫ deus nō. vnde null⁹ eſt ei ſi milis in legiſlatorib⁹. Job xxxvi. In pſ.i. nouit dñs vi am iuſtoꝝ. ipſe ergo vere po teſt eos docere. Libēter ac quieſcendū ē cōſilio illius medici qui non ſolū credit eſſe ſalubria que cōſulit: ſꝫ etiā ſcit. Bern. ſecure cre-do me illi q̄ me ſaluare ve-lit: nouerit et poſſit libēter in eā operandū eſt qđ dicit cōſiliari⁹ ille qui nō ſolum eſt cōſiliari⁹ ſed etiā iudex. Ideo deſiderabat Job vt ipſe iudex eſſet ⁊ inſtructor ſuus. Job.xxxi. quis mihi tribuat me auditorē vt de-ſideriū meū ſuppleat omni potēs. ⁊ librū ſcribat ille q̄ iudicat vt in humero meo portē illū. fili⁹ eſt ille qui iu dicat: qꝛ pater non iudicat quēꝙ ſꝫ oīne iudiciū dedit filio. ioħā.v. Preterea ille idē qui mādata dat: dat po teſtatē implēdi ea ſi q̄s hūi liter petat. Aug. dñe cōti-nētiā iubes: da qđ iubes: ⁊ iube quod vis. Require de hac materia in tractatu đ ſupbia in caplo de inobedi entia. Et notādū q̄ dñs tā git etiā tria vbi ponuntur mādata decalogi que poſ-ſunt hoīes mouere ad obſ uatōnē mādatoꝝ dei. Pri mū eſt cōſideratio benefici orū dei⁹. vt eſt bñficiū crea tionis: ſuſtētatiōis: redem ptiōis. vnde ante illud ver bum: nō habebis deos alie nos. dicit dñs pſ.lxxx. ſimi liter exo.xx. ego ſuꝫ dñs de us tuus qui eduxi te de ter ra egypti ⁊c. reducēs ei ad memoriā beneficiū libera-tionis. de egypto in qua ſi-gnata eſt liberatio facta a diabolo p chriſtū. Aliud ē oſtēſio pene infligēde trāſ-greſſorib⁹. vñ poſt primuꝫ p̄ceptū et explanationē ei⁹ ſubdit. ego ſum dñs de⁹ tu us. zelotes viſitans iniqui tatem ⁊c. Exodi.xx. vbi in-ueniūtur tria que in deo ti mere debēt trāſgreſſores mādatorū eius. Primum

eſt ipi⁹ ſūma ſapīa quā ni=
hil latere pōt. q̄ innuit cuz
dicit de⁹. dicit āt de⁹ a the
aſte cōſiderādo oīa . vt dic̄
ioh. damaſce. Secūdū ē oī=
potētia quā nul⁹ pōt effu=
gere. vn̄ ſubdit ibi . fortis.
Terciū ē zelus q̄ ipe aīas
amat cū eaꝝ ſpōſus ſit. Sa
piē.xi. qui amas aīas nec
fornicātib⁹ parcis. Prou.
vij. zelus eſt furor viri non
parcet in die vindicte :nec
acqeſcet cuiuſqꝫ p̄cib⁹:nec
ſuſcipiet ꝓ redēptōe dona
plurima . Quartū ē qꝫ pōt
valere ad hoc qꝫ hoīes mā
data dei obſeruēt: eſt oſten
ſio mercedis q̄ obſeruanti
bus dabit. Vn̄ ſubdit in eo
dē capl'o . et faciā mīam in
milia his q̄ diligūt me ⁊ cu
ſtodiūt p̄cepta mea. Et no
tādū qꝫ in his.x. p̄ceptis n̄
tradit pfecta doctrina ſed
poti⁹ initiū doctrine. eſt eī
velut qͦdā alphabetū qͦ
ſcripſit dn̄s in tabulis illi
popl'o tanqꝫ rudi ⁊ puerili.
Accepit ille ppl's ſpm̄ ſer=
uitutis ī timore. ad ro.viij
Vn̄ cū timor ſit initiū ſapiē
tie: initiū doctrine debuit
accipe. ppl's xp̄o chriſtian⁹
doctrine pfectōnē accepit
vn̄ mat. v. eſtote pfecti ſic̄ ⁊
pr̄ vr̄ celeſtis pfect⁹ ē . ⁊ ſi
cut nō ē magnū qd alpha=
betum ſcire. ⁊ erubeſcibile
valde videt illi q̄ diu fuit di
ſcipul⁹ illud ignorare. Sic
valde erubeſcibile erit ali=
cui q̄ diu fuit chriſtian⁹ et
chriſti diſcipul⁹ alphabetū
legis diuīe ſcꝫ decalogum
ignorare. ℂ Itē notādū
qꝫ tria pma p̄cepta oſtēdūt
quō hō ſe debet hr̄e ad deū
et alia ſeptē ad ꝓximū. In
pria oſtēdit quō nos debe=
mus hr̄e ad deū corde. Ad
ro.x.ca. corde enī creditur
ad iuſticiā. Scd̄o quō ore.
Tercio quō ope ad deum:
corde bene ſe hꝫ q̄ ſūme ei
credit. ſūme in deo ſperat.
et ſūme deū amat. ⁊ hoc eſt
eū ſolū habere deū . Tripli
citer aūt̄ facit qs ꝯ primū
p̄ceptū qͦ ē nō habebis de
os alienos corā me. Primo
qui alij magis qꝫ deo credit

vt q̄ vetula ſortilegis cre
dūt magis ꝙ̄ miniſtro dei:
ſicut eue. q̄ cū dña aſſeruiſ=
ſet. in quacūq; die comede
ris ex eo: morte morieris.
gen.ij. ipſa cū dubitatiōe ꝓ
tulit dicēs. ne forte moria=
mur. gen.iij. et diabolo aſſe
rente nequaꝙ̄ moriemini.
potiꝰ diabolo credit ꝙ̄ deo
Sic cū deus aſſerit ꝑ mini
ſtrū ſuū in eccl'ia aliqd eſſe
pctm̄. lu.x. q̄ vos audit: me
audit. cōſulente aūt vetula
poſtea ſortilega aliud. Re=
ſpōdet iuuēcula forte eſſet
pctm̄. ⁊ dicēte vetula. neq̄=
ꝙ̄. acquieſcit iuuēcula. cre
dēs potiꝰ diabolo ī vetula
loquēti: ꝙ̄ deo in ſacerdo=
te loquēti. Secūdo facit ꝯ
hoc p̄ceptū qui plꝰ cōfidit
in creatura ꝙ̄ in creatore.
Aug. de deo deſperare. eſt
ſpem in creaturis poſuiſſe.
hoc mō peccāt opariꝫ q̄ fi=
duciā quā deberēt habere
de deo: de his q̄ ſūt ſibi ne=
ceſſaria ponunt in brachio
ſuo: maledicti a dño. iux̄ il=
lud hiere.xvij. maledictus
hō qui cōfidit in hoīe ⁊ po=
nit carnē brachiū ſuū.i.rē
fragilē ꝟtutē ſuā. Ecōtra
dicit ibidē. beatꝰ vir q̄ cōfi=
dit in dño. Sꝫ tales potiꝰ
volūt eſſe maledicti ꝙ̄ bñ=
dicti. Mira cecitas talium
ꝙ nō attēdūt ꝙ frequēter
meliores opariꝫ ſunt pau=
periores. Eccī.x. verti me
ad aliud: vidi q̄ ſub ſole nō
velociū eſſe curſuꝫ: nec for
tiū bellū: nec ſapiētiū panē
nec doctoꝝ diuitias: nec ar
tificū grām. P̄rio ſtudeat
hō grām dei cōparare: libē
ter eūdo ad eccl'iam: ⁊ alia
bona opa faciendo. deinde
x̄o laboret ꝓut poterit: et
fiduciā habeat certā in eo
qui vitā dedit ꝙ dabit ne=
ceſſaria vite. Mat.vi. que=
rite p̄mū regnū dei ⁊ iuſti=
ciā eiꝰ ⁊ hec oīa adijciētur
vobis. Agricola qui plꝰ cō
fidit in foſſorio ſuo ꝙ̄ ī deo
de foſſorio ſuo fecit deū ſu=
um. Itē ꝯ hoc p̄ceptū faci=
unt q̄ plꝰ amāt aliqd terre
nū vt diuitias vel delicias
ꝙ̄ deū. Ad phil.iij. quorꝫ

deus vẽter eſt.ibi dicit.aua ri de⁹ ẽ nũmus.Et ſup illõ mat.vi.nõ poteſtis deo ſer uire ⁊ mãmone. dicit gloſ. diuitijs ſeruire deũ nega= re eſt.qð ſequit.Nõ facies tibi ſculptile ⁊c. Scðm au guſt.explanatio pmi prece pti eſt ſculptile vel ydolũ. ſcðm aliã lrãm dicit illud qð nulli⁹ rei nãlis repſen= tatiuũ eſt ſed ocioſe ↄfictũ. ſimilitudo do vocat qð ali cui⁹ rei nãlis repſentatiuũ eſt.Glo.vero aſſignat diffe rentiã inter adorare ⁊ cole re dicẽs. poteſt qs inuitus adorare vel adulãdo regi= bus ydolatris vel tormen tis victus: cũ ſciat qꝛ nihil ydolũ eſt. Colere vero ẽ to to affectu ⁊ ſtudio mãcipa= ri.vtrunqꝫ gen⁹ reſecat ne affectu colas: nec ſpe ado= res.Nota ꝙ incliuare ſe re gi quaſi hõi vbi nullũ ſcan dalũ frĩs: vbi nullũ piculũ imminet fidei.nõ ẽ pctm̃ i= clinare ei quaſi deo.⁊ cũ pi culo frĩs pctm̃ eſt. ¶ Cõ tra ſecũdũ pceptũ qð ẽ.nõ aſſumes nomẽ dei tui inua nũ. Facit aliqs qdruplicit Primo q iurat ꝑ nichilo. vñ ſõdit i eo.c.nõ ei hẽbit dñs inſontẽ eũ q aſſumpſit nomẽ dei ſui fruſtra.Secũ do q iurat mendaciũ.Ter= cio q iurat iniuſtũ . Quar= to q iurat in cõtumeliã dei vt faciũt blaſphemãtes.cõ tra hec pctã reqre i tracta tu de lingua.in capitlo de blaſphemia ⁊ piurio.Secũ dũ aliã intelligẽtiã illi⁹ p= cepti:facit ↄ illud pceptũ qui filiũ di credit purã cre aturã vt fecit arri⁹.Cõtra terciũ pceptũ qð ẽ.memen to vt diẽ ſabbati ſctifices. ſimilr facit triplr aliqs . p= mo ille q op⁹ terrenũ plus amat ꝑpter aliqð lucrũ ꝙ honorẽ ſolẽnitatis. Vñ ſeq tur in eodẽ ca. Nõ facies i eo om̃e op⁹ tu ⁊ fili⁹ tu⁹ ⁊c. Secũdo qꝛ feſtũ iqnat i= mũdicia alicui⁹ pcti.vñ dr in eodẽ.memẽto vt diẽ ſab bati ſctifices.i.ſctm̃ dilige ter obſerues in eo pctõ ca= uẽdo. Tercio q i pctõ pu⁹

cõmiſſo in eo pſeuerat. vñ hierem̃.xvi.nolite portare põdera in die ſabbati. Nõ bene feſtũ obſeruat q̃ põdᵒ diaboli in eo portat.q̃ hor=rore pcti illḋ inqnat. In vigilia ſolẽnitatũ pctã depo nẽda ſunt. Poſſumᵒ etiaz dicẽ q̃ in pmo pcepto docentur nos reuerẽter habe re ad ipm deũ. In ſecundo ad nomẽ eiᵒ. In tercio ad ea q̃ ſunt ſctĩficata ab eo vt eſt tps vel locᵒ vel vaſa vel ornamẽta eccłiaꝝ vel pſone eccłiaſtice. ⁊ ẽm hoc ap te intelligit totũ hoc. Ratio xͦo pcipiẽda poſt terciũ pceptũ innuit in eodẽ cap. cũ dr̃.bñdicit dñs diei ſabbati ⁊ ſctĩficauit eũ. de aliis vero ſeptẽ pceptis notã dũ ẽ hoc q̃ ad hoc vt aliqs bene ſe habeat ad primũ i duobᵒ ɔſiſtit:ĩ hoc ſcz q̃ hõ faciat alteri qḋ ſibi vult fieri.iuxͣ illud. et qḋ vultis vt faciant vobis hoĩes ⁊ vos facite illis ſimilr. lu.vi. et ĩ hoc q̃ hõ non faciat alteri qḋ ſibi nõ vult fieri. Thob. iiij. Ad primũ ptinet illud pceptũ.honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuã vt ſis lõgeuᵒ ſuper terrã.⁊ ibi initiat pma pars iuſticie q̃ ẽ.facias aliis qḋ tibi vis fieri. pfectio eī illiᵒ ptinet ad nouã legem. et intelligit hoc pceptũ tã de parẽtibᵒ ſpũalibᵒ q̃ de carnalibᵒ. ⁊ recte de precepto patris terreni ordinat poſt pceptũ de patre celeſti. De hac materia require in tractatu de ſupbia capitulo de irreuerẽtia. B Subditur autem huic pcepto pmiſſio ſcilz diuturnitas vite.iuſtũ enĩ eſt vt q̃ gratus eſt ei a quo vitã ſuſcepit:vita diutiᵒ pfruatur Ingratᵒ xͦo citiᵒ moriatur Prou.xx.qui maledicit patri ſuo ac matri: extinguet lumẽ ei in mediis tenebris Honor xͦo de quo agit non ſolũ in reuerentia attẽdit: ſed etiam in amminiſtratione eorum que ſunt neceſſaria. Ad ſecundã partem iuſticie pertinent ſex alia precepta. Tripliciter

pōt quis iniuriari ꝓximo: facto: ꝟbo: volũtate. Facto ꝟo tripliciter: vel q̄tuꝫ ad ipam pſonã qḋ ꝓhibetꝰ ibi nō occides. vel q̄tũ ad ſuos qḋ ꝓhibetꝰ ibi: nō mechaberis. vel q̄tuꝫ ad ſua qḋ ꝓhibetꝰ ibi: nō furtũ facies Iniuria ꝟo verbi ꝓhibetꝰ ibi. nō dices falſum teſtimoniũ ꝯ ꝓximũ tuũ. et hec iniuria verbi: occaſio pōt eſſe triplicis iniurie facti p̄miſſe. Aliqs ꝟo ꝓpꝰ falſũ teſtimoniũ pōt occidi vel vxorẽ ſuã amittẽ vl̕ reb⁹ ſuis ſpoliari. In duob⁹ aũt ſequẽtibus ꝓhibetꝰ volũtas iniuriandi: illa volũtas q̄ eſt cupiditas q̄ radix ẽ oĩm maloꝝ vt legitꝰ prima ad thimothe. vi. Et p̄mo cupiditas rei aliene immobilis: cũ dr̄ nō cōcupiſces rẽ ꝓximi tui Et q: aliqs poſſet credere cōcupiſcẽtiã rei mobilis licitã eſſe: q: mobilia facili⁹ in alios trãſferunt. iō cōſequẽter ſubditꝰ aliud preceptũ de re aliena mobili: cũ dicitꝰ: nō deſiderabis vxorẽ ei⁹: nec ſeruũ: nec ancillam nec bouẽ: nec aſinũ: nec oĩa que illi⁹ ſũt. Et notãdũ q̄ ſm iſido. in his ſex vltimis intelligitꝰ totſiapte. Vñ illud nō occides: ſic dꝫ intelligi. non occides manu: vel mẽte: vel cōſenſu: nec manũ violẽtã inferes innocenti: nec auxiliũ ꝯtẽ ſubtrahes illi: cũ pōt: debꝫ dare. vñ illud. paſce fame moriẽtẽ: ⁊ ſi nō paucis occidiſti. Et notãdũ q̄ iudex nō occidit ſed lex. Illud ꝟo non mechaberis: ſic intelligitꝰ. id eſt: non miſcearis alicui: nec ſedere mr̄imonij. Illḋ ꝟo dũ furtũ facies: ꝓhibet quãlibet rei aliene vſurpationẽ. Et notãdum q̄ illḋ: nō occides: ptinet ad ſupbiã vite: cui⁹ effect⁹ ẽ ira ⁊ odiũ ⁊ alia opa malicie. Illud ꝟo: nō mechaberis ptinet ad cōcupiſcẽtiã carnis Illud ꝟo: nō furtũ facies: ad concupiſcẽtiã oculoꝝ.

¶ Itẽ alius sermo de eadem materia nonageſimus primus.

Brahe dicte sūt ꝓmissiones ⁊c. Promissa est abrahe vita eterna ⁊ ei⁹ imitatorib⁹ sub figura terre ꝓmissiōis Ideo cātat eccl'ia in lucē sanctā quā olim abrahe ꝓmisisti et semini ei⁹. Et lu. xvi. vocat̄ quies aīaꝝ sinus abrahe: vñ dr̄: factum ē vt moreret̄ mēdic⁹ ⁊ portaretur ab angelis in sinū abrahe. Et gen. xv. dr̄. suspice celū ⁊ numera stellas si potes. sic erit semē tuū: sic in multitudine ⁊ etiā in claritate. Erit eni innumerabiles ⁊ claꝝ ad modū stellarū. Nec solū ꝓmisit de⁹ vitā eternā abrahe ⁊ ei⁹ imitatoribus. imo etiā iurauit se daturū eā eis. vnd̄ gen. xxij. p memetipm iuraui dicit dominus⁹ qz fecisti hāc rē et nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: bñdicā tibi: bñdictiōe in q̄ illa. venite bñdicti prīs mei pcipite reg. ⁊c. mat. xxv. Deinde sequit̄ in semine tuo bñdicent̄ omnes gentes terre. Intelligas eadē benedictione. Et subdit̄ cā: qz obedisti voci mee. Valde leti pñt esse q̄ sequunt̄ obedientiā etiā in arduis. Certi eni debēt eē de vita eterna: ac si de⁹ iurasset se eā daturū eis. Vnd̄ isai. xlviij. vtinā attēdisses mādata mea: facta fuisset quasi flumē pax tua. Postq̄ eni abraham voluit deo obedire in filij immolatione dixit ei dñs se iurasse q̄ ei bñdiceret. B Et notādū q̄ valde magni meriti fuit abraham apud deū: vt patet ex illo v'bo dñi ad eū geñ. xviij. nūquid celare abrahā q̄ gestur⁹ sum. Et ex hoc q̄ dñs i toto mūdo elegit eū vt ex semine ei⁹ assumeret sibi poplm. immo q̄ plus ē de semie eius vellet nasci. Ad heb. ij. nusq̄ āgelos apphēdit sz semē abrahe. In semie ei⁹ voluit mūdū saluare ⁊ celū implere. De semie ei⁹ fuit btā virgo ⁊ apl'i. vñ bonū esset dili gēter inspicē ⁊ studiose eū imitari. Septē vero inue=

niunt de eo in qb⁹ bene ſe ad deū habuit. ⁊ ſex in qb⁹ bene ſe habuit ad ꝓximuȝ. Vñ tredecī ſūt in qb⁹ debemus eū imitari. Primo ad deū bene ſe habuit in hoc ꝙ in praua ſocietate ab eo nō receſſit imo poti⁹ prauā ſocietatē fugit: relinquēdo videlicȝ ciuitatē chaldeoꝝ Chaldei eī ignē adorātes multas moleſtias inferebāt pri eius vt ignē adoraret ſed ipe nō cōſenſit. Exodi.xxiij. nō ſeq̄ris turbā ad faciēdū malū. Sicut in multis ciuitatib⁹ multi cogūt exēplo alioꝝ igni cupiditatis ſeruire ſȝ meli⁹ eſſȝ eis ciuitates deſerere ꝙ̄ malo cōſentire ⁊c̄. ¶ Et notandū ꝙ qñ aliqs pegrinaturus ē magnā partē pegrinatiōis ſue videt ſibi feciſſe: qñ a villa ſua receſſit magnā partē pegrinatōis ſue ſpūalis iā fecit q̄ remouit ſe a loco in q̄ natus eſt. In multis fecib⁹ eſt vinū in vaſe vbi pmo ponit̄ q̄s relinquit cū de vaſe in vas trāſfundit̄. Hiere.xlviij. fertilis fuit moab ab adoleſcentia ſua ⁊ requieuit in fecibus ſuis. nec de vaſe trāſfuſus ē in vas. ⁊ in trāſmigrationē nō abiit. multas radices malas terrenaꝝ ⁊ malarū affectionū habet hō ī tali loco quas vix vel nūꝙ̄ ibi dimittit. Ideo dicit hieronim⁹ ꝙ monachus in patria ſua pfect⁹ eſſe nō pōt. Notādum etiā ꝙ deſertio praue ſocietatis initiū ē ſalutis. Fatuū eſtei qui vult ire in paradiſum: immiſcēt ſe ſocietati q̄ vadit ad īfernū. Secūdo in hoc ꝙ ad p̄ceptū dei terrā ſuā ⁊ domū patris ſui reliquit in mēte. vt nō haberet volūtatē redeūdi ad eas corpe. iā morabat̄ in aram qñ dictū fuit illud geñ.xv. egredere d̄ terra tua ⁊c̄. Tercio ī hoc ꝙ acquiſita i bello decimauit. geñ.xiiij. dedit enī melchiſedech decimas ex oīb⁹ bus his q̄ acq̄ſierat. Unde veriſile ē ꝙ de aliis bonis ſuis decīas daret. Quarto

in hoc q̄ deo ꝯ nãm credi-
dit ĩ ſobole ſibi ꝓmiſſa. vñ
geñ.xv. credidit abraham
deo ⁊ reputatũ ẽ ei ad iuſti
ciã. Et ad ro.iiij.legit̃ idez.
Et ſubdit̃ ad ro.iiij.c.qui ꝯ
ſpem ĩ ſpem credidit.glo.ꝑ
ot ſpes ẽm nãm fuit dũ iu-
uenis ex iuuẽcula ẽm natu
rã ſperauit ſobolẽ: nec tñ
huiꝰ mõ ꝯtrũ illi ſpei ſpera
uit ſcʒ vt vetulꝰ de vetula.
et ſterilis generaret.⁊ ẽ ar
gumentũ qꝺ multũ placet
deo qñ aliqs plꝰ credit deo
ꝙ ſenſui vel rõni ſue. vt in
ſacr̃o altaris ⁊ trinitate ꝑ
ſonarꝫ et vnitate ſubſtãtie.
¶ Quĩto in hoc q̄ ad p̃-
ceptũ dei carnẽ circũcidit:
et oẽm maſculinũ in gene-
ratiõibꝰ ſuis.ſpũalit̃ carnẽ
ſuam circũcidit: q̄ a carne
ſua amputat voluptatẽ et
cõcedit ei neceſſitatẽ. Se-
xto in hoc q̄ quãto deo fa-
miliarioꝛ fuit tãto hũilius
cũ deo ſe habuit. vñ geneſ
xviij.loqr̃ ad dñm meũ cuʒ
ſim puluis ⁊ cinis. Grego.
ſancti quãto magis diui ta
tis interna ꝓſpiciũt:tanto
magis ſe nihil eſſe cõſpici-
unt. nuſq̄ legit̃ abrahaʒ ſe
cinerẽ ⁊ puluerẽ ꝓfeſſũ eẽ:
niſi cũ meruerit locutiões
dei habere. Septimo ĩ hoc
q̄ ad p̃ceptum dei filiũ ſu-
um voluit immolare.gene.
xxij.mira obedientia q̄ fili
um miraculoſe genitum de
quo tot et tãta ſibi ꝓmiſſa
fuerũt immolare voluit.nã
ingratus erat ei qui illum
dederat.datoꝛẽ enĩ ipi do-
no p̃ferebat. nõ ſic amato-
res huiꝰ mũdi qui datoꝛeʒ
ſummi omniũ bonoꝝ donis
eius impugnant qui filios
vel alia dona a deo ſibi da-
ta:plus q̄ deũ diligũt. qui
quãto plura eis dederit tã
to minus eum diligũt. ¶
Primũ vero in quo ad ꝓ-
ximũ bñ ſe habuit fuit pa-
cis ſectatio. cum enim to-
ta terra in quaʒ ipe et loth
erãt ſibi promiſſa a deo eſ-
ſet: ceſſit tamen iuri ſuo:
dans optionem fratri ſuo
Loth eligendi terram quã
vellet. Unde legit̃ geneſis

xiij.ne q̃ſo ſit iurgiũ int̃ me et te.fratres enĩ ſum⁹. vni
tum ex fine alterius trahi= tur et verũ eſt illud Sap.xi illos pluribꝰ indigere que plura poſſidẽt. Seneca. cõ gregẽtur ad te quicq̃d mul ti diuites poſſident ex hiis maiora cupere diſces ⁊ ſup illud pĩma ad Thim̃.v. quẽ quidã appetẽtes errauerũt a fide dicit gloſa. qui appe tit pecuniã cupẽ cupit. C In cõparatiõe vero nr̃i va= ne ſũt diuitie huiꝰ mũdi qꝛ nec cõferunt plenitudinem cõtinẽti: nec fulcimẽtũ imi tanti nec fructũ ſpondẽt la boranti anĩc plenitudinem nõ conferũt vnde. Augꝰ.in libro de diligendo deo: pe= cunia non ſatiat aĩe famẽ quomodo nec vẽtus: corpo ris ventrẽ deniq̃ vt fameli cũ hoĩem apertis faucibus vẽtũ aercũ haurire cernas quo quaſi conſolatur fami nõne credas iſanire: ſic nõ minoris infamie eſt ſi ſpm̃ rationalẽ rebus putes tem poralibus magis iflari q̃ ſatiari: ſic tres potẽtie aĩ me rationalis cõcupiſcibi= lis v[...] iraſcibilis rationa= lis n[...]plebitur ſciẽtia in p̃ ſenti[...] illud non ſatia bitur ocu[...]pmo nec cõcupiſcibilis pecunia iuxta illud auarus nõ iple= bit pecunia. Ecc̃i.v.⁊ eiuſ= dem xxiii. Inſatiabilis eſt oculꝰ cupidi et iraſcibilis multominꝰ gl'ia cũ gloria tẽporalis vaniſſima eſſe vi= deatur inẽ tẽporalia Unde a vanitate ſpãliter nomen accipit vt ſpecialiter vana gloria dicatur. Boetius.o doxa doxa: ſiue gloria gl'ia quid aliud futura es mẽti= bus mortaliũ niſi magnai flatio auriũ diuitie etiã mũ di non dant fulcimentum innitẽti.iuxta illud. Prouͦ xi. qui cõfidit in diuitiis ſu is corruet.⁊c̃.fructũ etiam ſperatum nõ dant iuxta il= lud. Ecc̃i.v.q̃ amat diuiti= as fructũ nõ capiet ex eis: fructꝰ iſte eſt ſufficiẽtia vel ſatietas quã ex diuitiis nõ capit ille qui eas amat cũ amor ſit fames: fames aũt et ſatietas ſimul eſſe nõ poſ

ſunt. ¶ Uane etiã ſũt diuitie iſte reſpectu cr..ato..ſicut archa ...uacua ... eo ꝙ nõ eſt plena re ſolida. Sap. xi. qm̃ tanꝗ̃ momentũ ſtatere ſic eſt ante te orbis terrarum et tanꝗ̃ gutta roris antelucani qui deſcẽdit in terram. De vanitate iſta dicit Eccles. pmo. vidi cũcta ꝙ ſũt ſub ſole et ecce vniuerſa vanitas. Et notandũ ꝙ apl'us nõ dicit grãs ago q2 diuites facti eſtis in mũdo ſed qꝛ in xpo multiplici rõne. Primo qꝛ diuitie mũdi aiam inquinant qḋ videtᷣ ſignificatũ eſſe in hoc ꝙ ea ꝙ videntᷣ precioſiora īter eos vt eſt aurũ et argentũ minus tñ genuũ inquinãt: ideo ſpũs ſctũs vocat eas lutũ. Abach. ii. ve ei qui multiplicat nõ ſua vſqꝫquo et aggrauat cõtra ſe denſũ lutũ detertꝰ inquinãt diuitie aiaꝫ ꝙ̃ lutũ corpus. Unde apl's recte arbitratꝰ eſt vt ſtercora. Phil. iii. Secundo quia ignominioſe ſũt. Prouẽb. iii. ſtultorũ exultatio ignominia. et in. ps. iiii. ſecũdũ aliã litterã filii viri incliti vſqꝫquo ignominioſe diligitis vanitatem ſicut ignominioſuꝫ eſſet alicui regi ſi contraheret cũ aliqua paupere deformi qui cõtrahere poſſet cum nobili et pulcra ſic ignominioſũ eſt anime quando inſeparabili amore inheret hiis bonis contẽtibilibus: que veris bonis et potuit et debuit adherere. ¶ Tercio qꝛ diuitie tẽporales diuitie poitionis ſũt vel qꝛ perdũtur vel qꝛ hominẽ perdũt ſicut econtrario ſpũales diuitie ſunt diuitie ſalutis. Iſaye xxxiii. diuitie ſalutis ſapientia ⁊ ſcientia. Bernardꝰ loquens de bonis tẽporalibus vtinam inquit congregata perirent et non cõgregatoꝛ eoꝛuꝫ tolerabiliꝰ eſſet inſudare laboꝛe perituro ꝙ̃ peremnturo. Eccl. xi. ſi diues fueris nõ eris īmunis a delicto vl' vt breuiter dicã freqntiꝰ in malũ dñi ſui cõ=

gregātur· vnde Eccī·v·eſt alia infirmitas maxia quā vidi ſub ſole· diuitie cōgregate in malū dñi ſui pereūt enī in afflictiōe peſſima pereūt enī hic morte culpe, et in futuro morte pene eterne: et preter hoc in preſenti ſūt in afflictiōe peſſima· Si vis ampli⁹ de hac materia reqre in tractatu de auaricia in pma parte capl'o·vii·

Dñica·xix· poſt oct·penthecoſtes· Sermo· ci·

R Enouamini ſpū mētis vr̄e·ꝛc̄·in nouitate ſēſus vr̄i· Eph̄· iiii· q̄ eſt iſta cōmonitio cū fere null⁹ ſenē ſe cognoſcat etiā vetuſtiſſimi adeo auari ſūt et in ſuo regimine indiſcreti ac ſi eſſēt pueri· Greg tāto debet qſq; in ſuo regimine cautior eſſe quāto fuerit etate prouectior· Seneca· mōſtro ſimilis eſt auaricia ſenis quid enī ſtulti⁹ q̄ via deficiente viaticū augere· Preterea ad qd fit āmonitio de renouatione cū a ſenectute ad iuuentutē nō ſit



re[illegible]ſſus· Reſpōdeo· pctī veti[illegible]as dicit̄: eo q̄ vetuſta ti in[illegible]ectu multiplici aſſimilet[illegible] eterne proximū facit et ex trāſuerſo corporis diſtat q̄ eſt mortalis ab īferno gladiū dei euaginatū habet ſuper caput qui eū diuideret niſi dei mīa eū ſuſtentaret· Iob xix· fugite a facie gladii· Scdo curuū facit· p̄·xxvii miſer fact⁹ ſū et curuat⁹ ſū Item· p̄a·xvi· oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā vix oculis cordis poteſt celū reſpicere qd amiſit q̄a iniqtates ſicut onus graue grauate ſūt ſuper eum· p̄s· xxxvii· deus tamē fecit hominē ſimplicē et rectū vt legit̄· Eccī·vii· B Tercio viſū obſcurat vt patet i yſaac q̄ nō cognouit viſu iacob ſed manibus tētare voluit· Geñ·xxvii· nō videt pctōr q̄ a dyabolo ducat̄: ſi enim videret rediret cogitaui vias meas et cōuerti pedes meos· p̄·cxviii· Quarto pctm̄ ita debilitat vt ad paruū īpulſū

ſuggeſtionis in pcin̄ ...uat Multo etiā rugā duplicita tis i hoīe facit ... paliō pec... velit vñ eccl. ij. ve duplici corde Sexto fac̄ caniciē q̄ſi ex defcū calor̄ naturalis ex defectu diuini amoris ⁊ cādor mūdane ſapiētie i pctōrib⁹ ab hac vetuſtate pcti monet apl's renouari. Et notādū q̄ ſex ſpecies renouatōis in creaturis īueniunt̄ q̄ oñdūt hoī diūſos modos ſue renouatiōis. Prima ſpecies fit p ignē ſic ferrū renouat̄ a rubigine et aurū et argētū ſic purgat̄ et idoneū ad operādū efficit̄: ſic videt̄ dñs velle renouari hoiem q̄ñ ponit eū in igne tribulatiōis dādo ei infirmitatē: circa ferrū dū calidū eſt operādū eſt nō aūt q̄ñ frigidū eſt: ſic circa talē tūc exhortatiōibus eſt inſiſtendū: ſed de q̄buſdam poteſt dici illud. Eze. xxiiii. multo labore in ea ſudatum eſt et nō exiuit de ea rubigo neq̄ p ignē iuxta illud. Hiere. vi. fruſtra cōflauit cōflator: malicie ei⁹ nō ſūt cōſūpte argentū reprobū vocate eos q̄a dñs eiecit eos: tribulatio vero ignis vocat̄ q̄a ſimiles auro et argento purgat / ſimiles paleē icinerat. ¶ Scd̄a ſpecies renouationis eſt in ſerpēte q̄ cū ſenuerit propt̄ duriciē pellis nō poteſt bñ ſe vertere abſtinet. xl. diebus Deinde egrediēs p artum foramen ibi pellē relinquit in quo cōmēdat̄ renouatio que fit p artā penitentiam Math. vii. arta eſt via q̄ ducit ad vitā: p ſerpentē dyabolus ītelligit̄ q̄a in ſerpēte hoīem decepit et propter venenū triſticie et īimiciciās quas haberad hominē vnde. Geñ. iii. inimicicias ponā iter te et mulierē: pellis ſerpētis eſt pctūm q̄ eſt ſimilitudo dyaboli. Si ergo pctm̄ in aliquo idurauerit conet̄ quātū poterit ad abſtinendū a pctō ſuo deinde artam penitentiā aggrediatur et ibi dyabolus relinquet eū dyabolus eni libē-

ter vadit per latã viã: et in arta via hoīem deſerit. Ma thei.xii.cũ imũdus ſpũs ꝛ͞c dyabolus ad modũ piſcis ī humidis habitat et in ari= do requiẽ nõ inuenit: Job. xl.ſub vmbra dormit in ſe= creto thalami in locis hu= mẽtib⁹. ¶ Tercia ſpeci= es renouationis eſt in aq= la. vnde ps. cii. renouabiẽ vt aqle iuuẽt⁹ tua ibi dicit. gloſa. ꝙ aqla dũ ſenio gra= uatur vncho roſtri in īmo= derate creſcẽte nõ poteſt os aperire et cibũ capere non poteſt vnde langueſcit: ſed quodã naturali modo colli dit roſtrũ ad petrã et exuit on⁹ roſtri quo cib⁹ īpediẽ ꝛ redit ad cibũ et oĩa reparã tur ei vt fiat iuuenis ĩ quo cõmẽdaẽ renouatio quãtũ ad cõſiderationẽ dñice paſ= ſionis xp̃us in ſtatu crucis petra dicitẽ.vñ.Cantẽ.ii. ve ni colũba mea in foramini b⁹ petre.i. per pfectã paciẽ tiã roſtrũ nimis curuatum eſt:amor ad terrena nimis curuat⁹ꝙ cibũ capere nõ po

teſt [...]ia tali amori ſpũalia nõ ſa[...]ũt: ſed iſta curuitas ad pe[...] allidiẽ quãdo cre= plo xp̃[...] ꝛ tũc homo iterior cibũ ſuũ ſic ſumit ꝙa ſpũalia īcipiũt ei ſapere et ſic fit renouatio Ber. magna abuſio et ni= mis magna ꝙ miſer vermi cul⁹ velit diues fieri pro ꝙ deus maieſtatis dñs ſaba= oth pauper fieri voluit. In alliſione roſtri poteſt ītelli gi renouatio oris iuxta il= lud. pmi Regũ.ii. recedant vetera de ore veſtro. Iſa.vi labia īſa pe mũdanẽ calcu= lo vt dign⁹ ſit loqui verba dei. pma.Pe.iiii. ſi ꝙs loꝙ tur quaſi ſermones dei. ¶ Quarta ſpecies renouatio nis eſt in ceruo de quo dicit gloſa ſup illud.xli. queãd= modũ deſiderat ceruus ad fõtes aquarũ qui cũ graua tus eſt ſenio creſcentib⁹pi= lis atꝙ cornib⁹ ſerpentem haurit in auribus quo hau ſto veneno eſtuat vnde fon tẽ ad bibendũ ardẽtiſſime deſiderat quo hauſto pilos

et cornua deponit I q̄ cō mendat nobis renouatio q̄ ... cōſideratione ... que habet mūdus ſicut eni ceru⁹ hauſto ſerpēte eſtuat et fōtem q̄rit ad ſui refrigeriū ſic mēs malis hui⁹ mūdi grauata fontē cōtēplationis querit Grego. mala q̄ nos hic premunt ad deū nos ire cōpelſūt. Mañ. i. qui viderit te reſilict a te Grego. cōtēnend⁹ eſſet iſte mūdus etiā ſi blādiretur ſi rebus pſperis demulceret aim vi poſtq̄ tot laboribus hoiem premit tā ta aduerſitate fatigat: diuz tot nobis aduerſitates īgeminat: quid nobis aliud q̄ ne diligaꝫ clamat ſic pilt. i. victa carnalia et cornua ſupbie deponunt. ¶ Quinta ſpecies renouationis eſt in accipitre que fit ſingulis ānis de qua Job. xxxix. nunqd p ſapientiā tuā plumeſcit accipiter expādēs alas ſuas ad auſtrū in q̄ cō mēdatur renouatio q̄ fit in mutatorio oronis ⁊ ꝯtēplationis qñ viri contēplatiui de virtute in virtutē pficiunt. Grego. qd eſt accipitrē in auſtro plumeſcere niſi q̄ vnuſqſqꝫ ſāctoꝝ flatu ſpūs ſācti tact⁹ cōcaleſcit et vſū vetuſte cōuerſationis abiciens noui homis formā ſumit. ii. Cor. xiii. ſi is q̄ foris eſt noſter hō corrūpatur tamē is q̄ intus eſt renouatur de die i diē. et Apo. xxii qui iuſt⁹ eſt iuſtificeꝫ adhuc accipiter q̄ eſt auis nobilis q̄ de preda cor amat veros amatores aīarū ſignificat. Et notandū q̄ renouationē accipitris cibi venenoſi accelerant vt buphones ⁊ ſimilia: ſic in viris ſanctis. Tren. iii. ſaturabiꝫ opprobriis. Sexta ſpecies renouatiōis eſt i fenice q̄ i nido ſuo ligna ꝯgregat ⁊ aliis ſuis īgnē excutiēs ſeipſā cōburit ⁊ ex cineribꝰ auis ſue ſpeciei procreaꝫ i q̄ ꝯmēdat nob renouatio q̄ fiet in glīficatōe corpoꝝ qñ īplebiꝫ illud Apo. xxi. ecce noua facio oīa ligna ꝓprū īcēdtuꝫ

cõgregant ⁊ ignē ſuis alis excutiūt hoīes qñ a deo ſibi erat ꝓhibitū cõcupiūt et cõcupitū guſtāt hoc eos incinerauit ex cinerib⁹ nõ fiet renouatio quādo ex puluеribus fiet reſtauratio. ¶ Seqtur ſpū mentis.i. q̄ eſt mens vt ſpecificeť de q̄ ſpū dicať cū ſpūs multipliciter dicať. Et notādū ꝙ renouatio ſpūs fit in p̄ſenti ad hāc fuit p̄m⁹ aduēt⁹ xp̄i: renouatio vero fiet corpoꝝ in iſ. Phil.iiij ſaluatorē expectam⁹ ⁊c. Ber. nūc eāt nūc redeant q̄ corpora ſua pellib⁹ muriū et ſtercorib⁹ vermiū in formāt qa cū dñs ad iudicandū venerit nõ reformabit niſi qd abiectionis ⁊ hūiliationis īueniet. Sequtur ⁊ induite nouū ⁊c. ideſt ſimilitudine noui hoīs qui ſcđm deū creat⁹ eſt. ideſt dī potētia nõ hūana natura vl' ad ſilitudinē. Aug⁹. ſūma religiõis eſt imitari quē colis ſcʒ deū. Seneca. niſi ad regulaꝫ praua nõ corriges exēplar diuinum nobis ab ſcđ[illegible] eſt: ideo oportuit vt crear[illegible] homo deo ſimilim⁹ ſcđm p[illegible]ilitatē hu[illegible] nature ad [illegible] nõ ſe corrigeret hõ iſte xp̄s eſt ad cui⁹ exēplar hõ precipue debet reſpicere ꝓpter hoc q̄ꝫ eſt pulcherrimū exēplar et veriſſimū. dauid.xliiij. ſpecioſus forma p̄ filiis hoīm Ber. o q̄ formoſū in forma mea te cogſco dñe ieſu non ſolū ꝓpter diuina q̄bus effulget miracula: ſed et propter veritatē et māſuetudinē et iuſticiā. idem beat⁹ es dñe ieſu qui te hoīem inter hoīes cõuerſantē diligēter obſeruās: pro virib⁹ ſe prebet imitatorē tui in iuſticia et ſāctitate veritatis. Hoc dicit cõtra iuſticiā et ſanctitatē/falſitatis/et vanitatis que ſit in hypocritis vel iuſticiam ſignorum que fit in iudeis.

¶ Item ſermo de eodem verbo. ciij.

R Enouamini. ⁊c. ad tria monet nos apoſtolus hic primo ad

mentis renouation[illegible] ibi re nouamini. Scd̃o [illegible] lingue [illegible]ernationẽ [illegible] propt' qđ deponentes [illegible]tc. Tercio ad manualẽ operationẽ ibi q̃ furabat' iã non furetur ma gis aũt laboret. &c. Primo necessaria est mentis reno uatio a peccati vetustate ne pctm̃ si in mẽte remanserit bonitatẽ operũ auferat mo dicũ fermenti totã massam corrũpit: ſcd̃m aplm̃ pctm̃ mortale cũ bonis operibus est velut fel in esca dñi: sin= cerũ nisi sit vas quodcunq; infũdis acessit. Lingue ve ro gubernationẽ docet apo stolus quãtũ ad duo. scilicz quãtũ ad veritatẽ ibi loqui mini veritatẽ: et quãtuz ad leuitatẽ: irascimini et noli te peccare. ps. iiii. B Cir ca primũ nota q̃ dyabolus fuit pm̃ᵒ mẽdax. iuxta illđ Joh. viii. mẽdax est et pat' eiᵒ et q̃ potius amat mẽda= tiũ q̃ veritatẽ videt' potius velle esse similis dyabolo q̃ deo q̃ veritas est de hac ma teria reqre in caplo de mẽ= datio. Circa scd̃z nota q̃ du plex est ira scz ira circa viti um psone et ira circa psonã pma bona: scd̃a mala: de vtraq; dicit' verbũ istud. De pma sic si irascimini cõtra vitiũ nolite peccare nimis aspere arguendo. Eccl. vii. iustᵒ perit in iusticia sua: et post noli esse iustᵒ multũ. et Prouẽb. xv. q̃ suauis est in moderationi bᵒ viuit. Ro. ij si preoccupatᵒ fuerit aliqs ĩ aliquo delicto vos q̃ spũa les estis corripite huiusmo di in spũ lenitatis. De scd̃a sic si irascimini contra pso nã nolite peccare. i. nõ cõsẽ tiat ratio. C Sol nõ occi dat sup iracũdiã vr̃am. &c. idest nõ duret vsq; ad occa= sũ solis. Eccl. vii. ira ĩ sinu stulti reqescit. & Job. v. vi[illegible] stultũ ĩterficit iracũdia vel sol iusticie p iracũdiã men tes vr̃as nũq̃ deserat: q̃ cũ ira nũq̃ habitat glosa. Au gᵒ. sup illud nolite locũ da re dyabolo: dyabolo locuz dat qui portas sẽsus pãdit Hiere. ix. mors intrat p fe=

neſtras nr̃as. Jaco.iiij. re
ſiſtite dyabolo ⁊ fugiet a vo
bis. Aug⁹ tẽtator nõ ceſſat
vt igrediať ideo docet dñs
vt timoris valua in faciem
ei⁹ elidať. Itẽ locũ dyabolo
dat q ſe nõ occupat. Hiero.
ſẽper aliqđ boni operis fa=
cito vt te dyabol⁹ inueniat
occupatũ. D Specialiter
dyabolo locũ dat q deũ a ſe
per mortale expellit et dya
bolũ introducit q̃a nõ fuit
ſine magna dei cõtumelia
Aug⁹. ſup hũc locũ due ſũt
porte p quas dyabol⁹ itrat
ſcʒ cupiditas et timor ſi cu
pis aliqđ t'renũ in hac par
te intrat his neceſſario in
cõtrariũ verſis deus intrat
ſi cupis regnũ celeſte et ti=
mes penas eternas gehen
ne apperis xp̃o et itrat xp̃s
Eccles.x. ſi ſpũs poteſtatẽ
habẽtis aſcẽderit ſup te lo
cũ tuum ne dimiſeris. E
Circa terciũ vero notandũ
q beat⁹ ẽ q viuit labore ma
nuũ ſuarũ iuxta illud. ps.
cxxvij. labores manuũ tua
rũ q2 mãducabis ⁊c. ecõtra

rio q [illegible] vult operari nõ mã
ducet [illegible] bem⁹ autẽ operari
aliqđ v[illegible] ocioſũ [illegible]
vitãdo ocio [illegible] vitari ri
diculũ eſt ſcđm. Ber. Item
q bonũ eſt aliqđ laborare i
quo non ſit mortale pcm̃.
Sap.iii. bonorũ laborũ gl'i
oſus eſt fruct⁹. Due vero in
tẽtiones laboris hic tangũ
tur. Prima eſt q furabatur
etc. ideo eni laborare debet
hõ vt de iuſte acqſitis habe
at vnde viuat et non neceſſe
habeat furari victum ſuũ.
Alia eſt vt habeat vnde ne=
ceſſitatẽ tribuat patiẽti cuʒ
nõ poſſint om̃s laborare il=
li q̃bus dedit de⁹ poteſtatẽ
laborãdi debẽt laborare tã
tũ vt poſſint fr̃ib⁹ ſuis ĩfir=
mis ſubuenire. F Preť
hec autẽ due poſſũt eſſe alie
bone ĩtentiones in labore.
Una eſt vt caro domeť ne la
ſciuiat. Eccl. xxxiii. ſeruo
maliuolo ⁊c. Alia eſt peni
tẽtia a deo iniũcta hoi aga
tur. Geñ.iii. in ſudore vult⁹
tui veſceris pa. iii. q extra
mortale eſt et aliq̃ iſta p itẽ=

tionuꝫ laboꝛat in op[...]e ſuo regnū celoꝝ lucra[...]. H[...]es videt illa excellere qua q̄s laborat vt habeat vnde tribuat neceſſitatē pauꝑi ſicut eni oleū ſuꝑemict liquoꝛib⁹ ceteris: ſic pietas aliis operibus quidā venit ad quoſdā heremitas a q̄bus q̄ſiuit q̄d operis facerēt: q̄ reſponderūt ſine itermiſſione oꝛam⁹ q̄bus ille ait: et ego do elemoſinas magnas de labore meo pauperib⁹ q̄ ſiue vigilē ſiue doꝛmiā ſēper oꝛāt pꝛo me. Et notandū ꝙ arbores quātū ad tria renouantur quātū ad floꝛes/folia/ꝛ fruct⁹. et quātū ad tria monet hic ap̄ſus hoīem renouari. Pꝛimo debet renouari mēs: ꝑ floꝛē boni ꝓpoſiti/vel bone volūtatis Scd̄o os quātū ad folia verboꝝ. Tercio manu⁹ q̄tū ad fruct⁹ bonoꝝ operū.ꝛc̄. Dñica xx.p⁹ oct.pē. Sermo.ciij.

Videte q̄modo caute
v ambuletis. Eph.v.
viuere recto itinere dicit ambulare vita eni p̄ſens itineratio eſt et viuere eſt ad moꝛtē eternā vel vitam beatā tendere ſingulis diebus facit hō vnā magnam dietā ad alterā harū et ille ſolus ſapiēter viuit q̄ ad vitā tēdit. Eccl̄i.vi. q̄d ampli⁹ ſtulto ſapiens et q̄d niſi vt pergat illuc vbi eſt vita nemo ſapienter vadit qui voluntarie ad ſuſpendiū ſuuꝫ vadit. Ber. finite ſapiētes huius ſeculi de ſpiritu huius mūdi viuentes alta ſuſpiciētes et terram lingentes ſapienter deſcēdere in infernū. Et notādū ꝙ q̄ vult caute ambulare in via pꝛeſētis vite frequenter debet inſpicere inicium vie et mediū et finē. Ber. hō cōſidera vnde venis et erubeſce vbi es et ingemiſce quo tēdis et contremiſce qui de nobilitate ſuperbiunt deberent pꝛimo reſpicere ex ꝙ̄ vili materia coꝛpus foꝛmatur. De loco vero vbi ſumus qualiter ad luctum imutet: mala huius ſeculi

per ſe ſūt Inct[us] cauſa: bona vero qa mala ſcȝ pctā indu cūt. Eccl. xi. ſi diues fueris non eris īmunis a delicto: reqre in tractatu de hoīe = is. Uidere etiā debet quali ter ingreſſus eſt in mūdum iſtū: et qualiter egreſſur[us] ſit vt mediū vite ſue nō timeat initio et fini cōformare: re ctū enim cuius medium ex it ab extremis: monſt: uoſū enim aīal et cui[us] mediū ex= tremitati b[us] nō reſpōdet nu dus ē egreſſus de vtero ma tris ⁊ nudus reūteris illuc Job. pmo. in via ergo tuaȝ paugtatē nō verearis. B Itē videre debem[us] pncipiū a quo ſumus ad qd neceſſa rio poſt vitā nr̄am reuerte= mur ſcdm merita nr̄a ab eo recepturi illi ergo in preſē= ti adhercam[us]: hoc enī req= rit hoc qd ab eo cūcta habe mus. Ber. infidelem vrget iuſticia naturalis totum ſe tradē illi a q ſe totuȝ habet hoc etiā reqrit hoc qd p re mūeratione ad eū ventūri ſu mus ab eo cum ſeruiciū ipē= dimu[s] merito mercedē req rim[us]. [...]ē notandū q quiq ſūt cau[...]nter quas [...] ambulan[...] pare diſſ. Primo qa arta eſt via et quācito extra viā pes po nit ponētis collū frangit. Math. vii. arta eſt via q du cit ad vitā. In alpib[us] vero vbi via eſt arta et ſi hō viam exeat cadit in abyſſū ſolent hoīes caute ambulare: ps. cxxxix. Juxta iter ſcādalū poſuerūt mihi: quaſi de ce = lo in īfernū cadit qui a ſta= tu grē recedit. Et notan dū q illis q habēt nimis la tā cōſciētiā valde timēdum eſt illud: arta eſt via q ducit etc. Lati enī curr[us] nō poſ= ſūt incedere p artā viā: vn de cū cōſciētia eorū ſit qſi q dā magn[us] currus timēduȝ eſt illis ne ſint extra hāc vi am pauci enī ſūt vt ibidē di cit q eā īuentāt remediū cō tra ſtricturā vie eſt vt hō vi deat vbi ponat pedē amorẽ ſui. Aug[us]. pes aīe amor eſt qui ſi rect[us] eſt dicitur chari tas: ſi curuus eſt dicit cupi

[illegible]uitas: ſicut ꝯtractus [illegible] po teſt ire ad ſanctū iaco[illegible] ita [illegible] rectū pede [illegible] habet non po[illegible]: preci pue tamē cauēdū eſt ne ni= mis diligenti greſſus in via arta. ℭ Scḋo q̄a theſau [illegible] iſtū precioſū habem⁹ in vaſis fictilibus.ij.Cor.iiii qui habet precioſū liquorez in vaſe vitreo caute ābulat Sāguinē xp̄i habem⁹ in no bis ip̄is comodo quo aliq̄s dicit̄ habere in mercib⁹ em ptis preciū quo emit īmo ꝙ plus eſt xp̄m deū habemus in cordib⁹ nr̄is. Specialit̄ vo cauēdū eſt nobis ne ad lapidē offendam⁹ et vas vi treū frāgēdo liquorē amit= tam⁹: velut lapis in via pa radiſi eſt hō dur⁹ alios ſcā= dalizans quē debem⁹ decli= nare ſi deū nolumus āmit= tere. Tercio propter lubri= citatē vie. Treñ.iiii. lubri= cauerūt veſtigia nr̄a in iti= nere plateaꝝ nr̄arū hāc lu bricitatē intellige pronita tē ad peccādū q̄ eſt in hoīe ꝑ tam a natura deſtituta ꝙ a

cōſuetudine. Geñ.viii.ſen= ſus et cogitatio hūani cor= dis.etc̄.cōtra qḋ remediū eſt vt hō alicui ſolido inita tur. Iſa.xl. q̄ ſperāt in dn̄o mutabūt fortitudinē in. p̄s xxv. Sperās in dn̄o nō in= firmabor etc̄.et non delin= quūt om̄s qui ſperāt in eo. Quarto ꝓpter tenebroſita tē. Geñ.p̄mo.tenebre erant ſup faciē abyſſi cōtra qḋ re mediū eſt ſecū habere lucer nā diuini verbi. p̄s.cxviii. Lucerna pedib⁹ meis ver= bū tuū vel ſaltē lucernā bo ni exēpli.ad. Phil.ii. īter q̄s lucetis. ℘ Quito ꝓpt̄ hoſtis ꝓpinq̄tatē hee tres cauſe tāgunt̄ quādo dicit̄. p̄s.xxxiii. fiant vie illoꝝ te nebre et lubricū cōtra mali gnos ſpūs remediū eſt: fre quēs iuocatio ſpūs ſācti vl̄ etiā iuocatio ſpūum bonoꝝ q̄ nos a malignis ſpiritib⁹ defēdūt exēplū de helyſeo. iiij. Reg vi. q̄ excercitū āge loꝝ paratū ſibi vidit adiu= nādū ad hoc etiā multū va= let firmitas boni ꝓpoſiti.

Jaco.iiii. reſiſtite dyabolo et fugiet a vobis. Itē notā dū ꝙ viuere non magnū ꝗd eſt: viuūt enī bruta aīalia / viuūt et demones et repro=borū aīe ꝗbus meli9 eſſet nō viuere. vnde Apoc.ix. deſi derabūt hoīes mortē et fu=giet mors ab eis: ſed debi=to modo viuere magnū ꝗd eſt. Ideo dicit aplūs videte quomodo. etc. ſūt ꝗ beſtiali modo viuūt. Seneca. quoſ dā vētri obediētes loco aīa liū numer9 nō hoīm proſe=quere de diuſis generib9 be ſtiarū ſcḋm diuerſa genera pctōꝝ. Itē notandū ꝙ de=teri9 eſt beſtialiter viuere ꝙ̄ beſtiā eſſe: ſicut puerilit vi=uere ꝙ̄ puerū eſſe. ℭ Notandū eſt ꝙ ſex ſūt in ꝗbus conſiſtit diſcretio viatoris. Prima vt cōpetentē ſocie=tatem ſibi eligat. Scḋo vt a ſciente iter diligēter reqrat Tercio vt pericula declinet Quarto vt nō neceſſariis ſe nō oneret. Quīto vt operā det ad hoc vt in die hoſpitē tur. De nocte enī hoſpitāti o[...]ona deficiūt ſic vula rite[...]ict. Sexto vt cū i[...] gen[...]uiget: nō [...] curū eſt [...] alicui genē litigare: ſocietas vero cōpetēs eſt ꝗ vadit ad locū eūdē vt ſi velis ire in para=diſū cū ſimilib9 te ſocia: nō cū illis ꝗ vadūt in infernū Itē ſi eſt ſocietas ſcḋm mo dū tuū. Eccl.xiii. ditiori te ne soci9 fueris. Itē ſi eſt vti litas ex illa aſſociatiōe. Se neca. cū his verſare ꝗ te me liorē facturi ſūt: illos etiā admitte ꝗs tu meliores po tes facere. De ſcḋo Hiere. vi. interrogate de ſemitis āti ꝗs. etc. De tcio pūb. xi. ꝗ cauet laqos ſecur9 erit. De ꝗrto Greg. hoīs pedes one tat ꝗcꝗd pter neceſſaria cu rat. Circa ꝗntū notādū ꝙ ad hoc ꝙ aliꝗs de die hoſpi tet valet ſi mane iter arripi at. Itē ſi iter cōtinuet et ſi greſſū moderet. pūb. xix. ꝗ feſtin9 eſt pedib9 offēdit etc ſi autē cōtingat aliquē tar=de arripē iter neceſſe ē cele ri9 ābulare. Seneca facia=

..⁹ q̄ in itinere fieri so.. q̄ ..arcā⁹ terūt celebrat.. io .. .. ū no ta q̄ holes ... sunt ve lut idigne hui⁹ mūdi viri ce ſtes velut alienigene vñ. nō debēt cū eis ptēdē ſʒ iniuri .. patient ſuſtiné. ¶ Itē nota q̄ eūti in celū q̄nqȝ ſūt cauēda erro: caſ⁹ ne pericu lū icurrat latronū ne in via deficiat ne aliquid ſibi pla cēs in via eā obliuiſci faci at. Erroris vō iiij. poſſūt eſ ſe cauſe: viaꝝ mltitudo: iti nerātiū raritas: vie obſcu ritas: ſignoꝝ mutatio. Cir ca pmū nota q̄ iuxta viā ce li multe ſūt vie alie. multis eni modis mali ſim⁹: boni vō vno modo: mediū ei vnū eſt: extremitates vō multe. ideo dicit dñs de via celi q̄ pauci ſūt q̄ īueniūt eā. ⁊ in ps. cvi viā ciuitatis habita culi nō īuenerūt et itēꝝ ps. xxiij. vias tuas dñe demon ſtra mihi. ad ſcdʒ iſa. xxxij diſſipate ſūt vie ceſſauit trā ſiēs p ſemitā ⁊c. ideo nō eſt ſecurū aliquē habitare vbi pauci vel nulli ſūt boni q̄a de facili amittit viā padiſi deſert⁹ etiā doctrine dū fa cit obſcuritatē multos fa cit omittere viā celi. Jo. x. q̄ ambulat i tenebris neſcit quo vadit: ſigna etiā q̄ vidi m⁹ in viis inferni q̄ debe rent eſſe in viis padiſi mul tos faciūt errare vt in hy pocritis ⁊ in his q̄ deferūt habitū religiōis q̄ male vi uūt ⁊ in hereticis quos aliq̄ credūt eſſe bonos ꝓpter ali quā abſtinētiā vel māſuetu dinē quā in eis vidēt q̄ſi ali q̄s nō poſſit habē: os ſanū ⁊ oculū īfirmū ⁊ q̄ſi aliq̄s nō poſſit habere aliq̄d mali cū habeat aliq̄d boni: īmo oīs deceptor aliq̄d boni ptēdit quo malū palliat: piſcator eſcā hamo ſuppoīt et an ceps frumentū laq̄s tales etiā nō attēdūt q̄ nō oē qḋ lucet aurū eſt. Math. v. atte dite a falſis ꝓphetis ⁊c. ¶ Circa ſcdʒ ſcʒ circa caſū nō tādū q̄ q̄ vult a caſu cauere opoʒ q̄ caueat a foueis ⁊ ſili b⁹ ꝓu. xxiij fouea eſt ꝓfūda

·eſt meretrix hanc foueã inſ
ſit dñs operiri in lege Yſa.
xxiiii.formido et fouea ⁊ la
queus ſup te.⁊c̃: ⁊ poſt erit
qui fugerit a facie formidi
nis.⁊c̃. Circa terciũ ſcʒ cir
ca periculũ latronũ. Luc̃.x
hõ quidã deſcẽdebat de hie
ruſalẽ in hierico et incidit
in latrones a hirl̃m in hie=
rico deſcẽdit q̃ a cõtẽplatio
ne celeſtiũ deſcẽdit ad ſoli=
citudinẽ mũdanoꝝ et talis
frequẽter ſpoliat. Prouẽ.i
fruſtra iacit̃ rethe ante ocu
los pẽnatoꝝ. Grego. facile
laq̃os euadit in fr̃is q̃ ocu=
los habet in celis. Circa q̃r
tũ vero notãdũ ꝙ in via ſit
defect⁹ cibi inopia: gloſa ſu
per illud ne deficiãt in via
Math.xv. perit q̃ ſine cele=
ſti pane ad patriã tẽdit iõo
dictũ eſt helye.iii. Reg.xix
ſurge comede graudis tibi
reſtat via: aut ĩbecilitate ia
cob. Gen̄.xxxiii. noſti dñe
mi q̃o puulos teneros ha=
beã et oues et boues fetas
mecũ ſiq̃s ſi ĩ ambulãdo pl⁹
fecero laborare morient̃ ⁊c̃.
vel [illegible]mia velocitate. pũb
xix [illegible] feſtin⁹ eſt pedib⁹ of
fẽdct[illegible] grego. fruſtra [illegible]
cit̃ curri[illegible] inemã
veniat deficit vel vie aſperi
tate. Nũeri.xxi. tedere ce=
pit ppl̃m itineris ac labor
Gal.vi. bonum faciẽtes nõ
deficiam⁹ tp̃e enĩ ſuo mete
m⁹ nõ deficiẽtes. De quito
exẽplũ habes de rubẽ ⁊ gad
Nũeri.xxxii. q̃ circa frã p
miſſiõis remãſerũt ꝑpt̃ ter
re fecũditatẽ. Greg. ſtultus
viator eſt q̃ ĩ itinere amena
prata reſpiciẽs obliuiſcit̃ q̃
tẽdebat. Itẽ greg. electi ſu
is deus iter aſperũ facit ne
dũ delectant̃ in via: obliui=
ſcãtur eoꝝ q̃ ſũt in patria.

¶ Dñica.xxi. poſt oct̃. pen
thecoſtes. Sermo. ciiii.

c Onfortamini ĩ dño
Eph.vi. Abach.ii.
iuſtus ex fide ſua vi
uit.i. vitã ſuã regit et diſpo
nit ad hoc ꝙ aliq̃s vitã ſuã
diſcrete regat multũ valʒ fi
des de pugna ſpũali q̃ eſt i=
ter hoĩes et demones ⁊ val
de ꝑiculoſũ eſt ꝙ hõ guerrã

..abeat tñ hoc nesciat. die ro⁹. tūc maxime oppugna.. ..n te oppugna.. ..cis: alit ope.. ..habē in guerra et alit in pace. guer rā vo istā p̄mo nob ostēdit hoc qd legit. Geñ. iii. inimi ciciās ponā īter te et mulie rē ⁊ ſemini tuo et ſemini il li⁹. et ibidē legit de ſerpēte q̄ mulierē tētauit. et illud. Job. vii. milicia ē vita hoīs ſup terrā et qd legit in p̄n cipio Job. de dyabolo q̄ pe tiit a dño poteſtatē vexādi eū. et qd legit Mat. iiii. in tētatione dñi et dicit Aug⁹ dyabolū ī forma hūana de um tētaſſe qd dñs pmiſit vt de hac pugna certiores red derēt mltꝫ enī ſcis dū eos tētaret legit appuiſſe ī aliq̄ ſpecie creature viſibilis. de hac etiā pugna certos nos reddit apls dicēs nō eſt no bis colluctatio ⁊c. Et notā dū ꝙ apls hic xp̄i militē p̄ mo animat: ſcdo armat: t̄ cio de ſtatu ei⁹ cū q̄ pugnā dū eſt certificat: q̄rto ꝓ quo pugnādū iudicat aīmat eū

cū dicit cōfortamini in dño ſolet dux exercit⁹ aīare ex ercitū appropiquāte prelio et ſic dictū eſt Deut o. xx. ap propiquāte prelio ſtabit ſa cerdos ante aciē: et ſic loqt ad pplꝫ: dñs etiā ieſus mit tēs diſcipulos ſuos aīauit eos dicēs. Math. x. nolite timere eos q̄ occidūt corp⁹ aīam autē nō poſſūt occidē et c. ſic apl'us facit hic et vi det vbū ei⁹ ptinere ad eos q̄ trepidāt vbi nō eſt timor ſicut enī initiuꝫ ſapiētie eſt timor dñi ſic initiū ſtulticie eſt timor mal⁹. Prou. xviii pigrū deicit timor ⁊c. ⁊ xxii dicit piger: leo foris eſt. B Illi quos timor maloꝝ p̄ſū ptorū a via paradiſi īpedit ſunt velut edumbratici q̄ vt vmbrā declināt in va pēcu la īcidūt: va bona et va ma la ſūt vite future. vmbre vo coꝝ ſūt bona p̄ſētia ⁊ mala p̄ſētia. Sap̄. v. dicunt illi q̄ ſūt ī iferno trāſſerūt oīa illa tāꝙ vmbra. illi ḡ q̄ timēt p̄ ſētia mala tripliciē debēt ꝯ fortari in dño. Primo tāꝙ

in ſtrēnuo duce dante illis exēplū ſtrēnue agēdi Scḋo tanꝙ̄ i fideli adiutore. Tercio tanꝙ̄ in liberali remūeratore. Primo modo ꝯfortauit ipſos apoſtolos cū eſſet clauſi in domo ꝓpꝫ metū iudeoꝝ oſtēdens eis manus et lat^9 vt legiꝫ Math. vltio. et Johis penulꝫ. Scḋo modo cōfortauit ſtephanū cū imineret ei martyriū q̄ vidit gl'iam dei et ieſū ſtātē a dextris dei tāꝙ̄ paratū ad iuuādum. Acꝫ. vii. Tercio confortauit beatā ceciliā q̄ martyrio iminēte miſit duas coronas vnā de liliis et aliaꝫ de roſis: illā de liliis ꝓpter virginitatē quā in iuuētute ſeruabat hoc eſt cui quaſi quoddā martyriū. illā de roſis ꝓpter martyriū ſāguinis qḋ paſſura erat ad p̄mū Aug^9. magna ꝯſolatio mēbris ex capite. Greg. ſi paſſio dn̄i ad mēoriā reuoceꝫ nihil adeo durū ꝙ non eq̄ animo tolleret hūc moduꝫ cōfortādi in dn̄o docet ipſe dn̄s. Math. x. dicēs nō eſt diſcipul^9 ſup magiſtrū [illegible] ſer[illegible] ſup dn̄m ſuū. Ad ſcḋꝫ ꝓma [illegible]or. x. fidelis [illegible] nō p[illegible] ſupra id qḋ poteſtis: ſed faciet cū tētatione prouētū vt poſſitis ſuſtinere. Joſue. i. ꝯfortare et eſto robuſt^9 noli metuere et noli timere q̄ tecū eſt dn̄s. Job. xvii. pone me iuxta te: et cuius vis man^9 pugnet cōtra me. i ps. cxvii dn̄s mihi adiutor. ꝛc. ſic reſpōdit beat^9 martin^9 dyabolo dicēti ſibi ꝙ in oīb^9 ei aduerſareꝫ. Ad terciū Aug^9. labor te terret vide mercedē et dn̄s ad abrahā noli timere ego protector tu^9 et merces tua magna nimis. ¶ Armat ap̄ls xp̄i militē cuꝫ dicit accipite armaturā dei ꝙ intelligi poteſt de illa armatura qua xp̄s armat^9 fuit in mūdo iſto. ſcꝫ ſapiētia nō eni p potētiā vincere voluit: ſed p ſapientiaꝫ. Job. xxvi. prudētia ei^9 ꝑcuſſit ſuperbū hoc manifeſtum eſt. Math. iiii. vbi trib^9 verbis ſcripture ꝑcuſſit dyabolū ꝛ

in crucē vbi ei⁹ ſapiētia [illegible] m [illegible] dyaboli decepit ſic̄ [illegible] r= [illegible] aaron in ſerpent[illegible] [illegible]ſa vi [illegible] auit. Exo.vii. ſapientia ergo debēt xp̄iani pugnare ſicut ⁊ xp̄us. ꝙ Prouē.xxiiij. vir ſapiens fortis eſt et doct⁹ robuſt⁹ et valēs. Eccl.ix. ciuitas parua ⁊c̄. et ſubdit dicebā autē meliorē eſſe ſapientiā fortitudine ibidē: melior enī eſt ſapiētia q̄ arma bellica. Sap̄.v. melior eſt ſapiētia q̄ vires. et vii. ſapientiam nō vincit malicia.

Et notādū q̄ in bello parulo multi propt̄ ſtulticiā ſuam pereunt et ſūt multe ſtulticie iſte que ibi accidūt quarū aliquas ponam⁹: ſtulticia vna eſt illorū q̄ ſumūt arma nimis onerosa et precipue quādo nō habēt eorū cōſuetudinē: quādoq̄ enī pōderoſitate eorū deiciūtur vel q̄ vel nimis ieiunant vel nimis vigilant vel nimis orāt. dauid. arma ſaul depoſuit q̄a pōderoſa erāt et nō habebat eorū cōſuetudinē et leuib⁹ armis hoſtē vicit. Scd̄a ſtulticia eſt eorū qui ante pugnā armare ſe nolūt: ſed tūc primo arma accipiūt cū dolorē vulnerū ſētiūt vt cū gladio lingue fuerint vulnerati tūc primo patientie vel hūilitatis clipeū aſſumūt: ſēper deberent incedere armati qui ſemp ſūt iter hoſtes. ideo dicit̄. Eccl̄i ii. prepara animā tuā ad tētationē. etc̄. preparatio iſta eſt excogitatio de modo reſiſtendi tētationi: mod⁹ autem cōuenientiſſim⁹ reſiſtēdi tētationi que eſt per linguas venenatas hoīm eſt taciturnitas ad q̄d monemur exemplo xp̄i q̄ cū ſumma taciturnitate blaſphemiam pſecutorū audiuit. Yſa. liii. quaſi agn⁹ corā tondēte ſe obmuteſcet et nō aperiet os ſuū in p̄s. xxxvij. ego aūt tanq̄ ſurd⁹ nō audiebā. ⁊c̄. ⁋ Tercia ſtulticia eſt eorū q̄ in ipſo ꝯflictu arma ſua proiciunt quando ea fortiter tenere deberēt: patiētiā ſcʒ ⁊ hūilitatē

vnde dictuȝ eſt boetio talia tibi cōtulerā arma que niſi prior abieciſſes iuicta te fir mitate tuerētur. Quarta ſtulticia eſt eorū qui ex par te qua debiliores ſūt et qua magis ipugnātur a dyabo lo minus ſevolunt munire cū ecōtrario eſſet faciēdum deberet q̄libet diligēter in= ſpicere ex qua parte eſſet de bilior ⁊ ex illa parte magis munire qui videt ſe auaruȝ multum deberet conari ad le⸗gitionē elemoſinarū ſic faciūt qui lignorū tortuoſa dirigunt multū eni infle= ctūt ea in cōtrariū: vt ſic ad rectitudinem reducantur. Quinta ſtulticia eſt eorū q̄ nolūt reſiſtere hoſtibus in loco vbi facilius poſſent ad portas caſtri hoſtibus reſi= ſtēdū eſt vel in aliquo loco arto et ſtricto vbi paucitas multis reſiſtit et tunc non primo reſiſtendum eſt quā do totum caſtruȝ vel totam terram occupauerit: ſic ad portas ſenſuū hoſtibus ſpū alibꝰ reſiſtendū eſt. In alto ſu ... eminentis vite poner no... debemus. Tull. opti ma ... ma viuēdi eligend eſt qua ... tudo qd altū vel latū multis occupationibꝰ faciendū eſt anguſtū vt hoſti via nō pa= teat et ibi hoſti reſiſtenduȝ eſt ſi eliachim precepit obti neri aſceēſus mōtiū p quos via poterat eſſe in hirlm vt legit. Iud. iiii. Sexta ſtul ticia eſt eoꝝ qui nolūt hoſtē īterficere dū paruus eſt nō attēdētes illud. ps. cxxxix. beatꝰ q̄ tenebit et allidet p= uulos ſuos ad petrā tales nolūt hoſti reſiſtere: donec fuerit ab hoſte iterfecti pn= cipiis obſta. Hiero. lubricꝰ et antiquꝰ ſerpēs et niſi ca pite teneat ſtati totꝰ illabit Gen. iii. ipſa cōteret caput tuū. Septima ſtulti cia eſt illorum q̄ contra ſu= os pugnāt ⁊ hoſtes ſuos a micos reputāt cū peiores i= mici ſint q̄s habentꝰ ꝓpꝰs ſēſus ⁊ ꝓpria volūtas nob a deo miſſa ſūt. Cōtradicti ones autē propriū ſenſum

impugnãt ⁊ ꝑsecut[illegible]es q̃ impugnãt ꝓpriã ve[illegible]itatẽ. vñ ꝫ ſuos pugnã[illegible] talib⁹ repug[illegible] [illegible]trario fauo res hoĩm et applauſus no⸗ ſtri hoſtes ſunt:qui nos de cipiũt: licz multi hoc nõ in telligãt. Ꝓrouẽ.xiij.vade ꝫ virũ ſtultũ ⁊ neſciet. Octa ua ſtulticia ẽ eoꝝ q̃ de ꝓpe nolũt pugnare cũ hoſte cui ex ꝓpinq̃tate robur accre⸗ ſcit:⁊ elõgatiõe vires amit tit: vt ẽ fornicatio ⁊ oẽs vo luptates. ĩõ dr̃.i.coꝝ.vi.fu⸗ gite fornicationem. Nona ſtulticia ẽ eoꝝ qui fugiẽdo cũ hoſte nõ pugnãt qui eos magis inſequit̃. vt faciũt il li qui aduerſa hu⁹ mũdi ti mẽt. Señ. queãdmodũ gni cioſioꝛ ẽ hoſtis fugiẽtibus ſic om̃e fortuitũ incõmodũ magis inſtat ſedẽti ex adũ ſo. Joſue.vij. dixit ioſue do mine de⁹ q̃d dicã vidẽs iſrł hoſtib⁹ ſuis terga vertẽtẽ. Decima ſtulticia ẽ illoꝝ q̃ cũ pugnãdũ eſſet cõtrariis pugnãt ſĩlib⁹. vt odio con tra odiũ. garrulitate ꝫ gar rulitatẽ. ſtulticia ꝫ ſtultici am. Amore ꝫ odiũ pugnã⸗ dũ ẽ ſicut aq̃ ꝫ ignẽ. Prouẽ bio.xxv. ſi eſurierit inimic⁹ tu⁹: ciba illũ. ſi ſitit potum da illi. Taciturnitate pu⸗ gnãdũ eſt ꝫ garrulitatem. Sap. garrulo nõ responde re cõuitiũ eſt. Eccĩ.viij. nõ litiges cũ homĩe linguato neq̃ ſtruas in ignẽ ipius li gna ⁊ cẽ. Sapiẽtia etiã ꝫ ſtul ticiã pugnãdũ ẽ. Prouẽ.xv ne reſpõdeas ſtulto ſcd̃m ſtulticiã ſuã ne ei ſimilis ef ficiaris. ¶ Undecia ſtul ticia ẽ illoꝝ qui laboꝛãt in impugnatiõe hoſtiũ ſuoꝝũ: cũ glĩoſius abſq̃ ictu poſ⸗ ſent triũphare de eis. Pñ. xvij. melioꝛ ẽ vir patiẽs vi⸗ ro forti. et qui dñat aĩo ſuo expugñtoꝛe vrbiũ. Jtẽ ĩ co⸗ dẽ.xx. ne dicas. reddã ma⸗ lũ ꝓ malo. expecta dñm et liberabit te. liberabit inq̃ a laboꝛe ⁊ a piculo vindicã diſe. ꝓterea ad plenũ vindi cabit te patibulo infernali hoſtẽ tuũ tradẽdo cui tu ñ poſſis amplius nocere niſi

ad mortem aſim ſui corpis vide qualis inſania ſit aliquē ſe occidē vt aſinum hoſtis ſui occidē poſſit. Duodecima ſtulticia ē eorū qui iuuāt hoſtē ſuū ad ſui interfectionē. Gre. nō ē timēd⁹ hoſtis q̄ non pōt vincē niſi volētē. ſicut diabol⁹ nō pōt vincē niſi volētē. ita nec occidere niſi iuuātē diabolus cordi gladiū applicat: quādo malā cogitationē īmittit impingis ꝛ infigis gladiū corde tuo qn̄ cōſentis: et ſic diabolū iuuas. Item diabolo iuuat q̄ ſciēs et volēs vadit ad foueā in q̄ diabol⁹ vult p̄cipitare eū. ꝓū. xxiij. fouea ꝓfunda ē meretrix ꝛ pute⁹. Augu. aliena inſidiatꝰ in via quaſi latro ꝛ quos incautos viderit interficiet. ſed inſidiātes in via que romā vadit tolerandi nō ſunt. multo min⁹ inſidiātes in via paradiſi debet p̄ponere q̄ tētatꝰ de peccato carnis ꝙ nō ibit ad locum vbi illud cōmittit niſi diabol⁹ eū portet. diabolū etiam iu[u]at q̄ gladiū ei cōducit: qu[a] ꝓpte interficiatur: vt q̄ d[...] alicui mulieri vt pctō ſuo [...] nota dū ꝙ hec expoſitio in qua armatura dei dicitꝰ. ſapientia ſatis cōpetit ei qđ ſeqꝰ. vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Diabolus magis impugnat ꝯ hoīem inſidiis ꝛ aſtutiis q̄ virib⁹ Geñ. iij. ſerpēs erat callidior cūctis aīātib⁹ terre. iō ſapiētia ꝯ eū pugnādū eſt. et incipit ibi apl's oſtēdere ſtatū ei⁹ cū q̄ pugnādū eſt: inſinuās q̄ttuor in eo ꝓpꝰ que valde timēd⁹ eſt. Primū ē aſtutia de q̄ ibi. inſidias diaboli. ¶ Secūdū eſt poteſtas q̄ cōparetꝰ ei. Et nota ꝙ pricipes dicuntꝰ hic demones aliis demonibus pricipātes. poteſtas xͦo dicuntꝰ q̄ illis pricipib⁹ p̄ſūt. tales aūt demones dicuntꝰ rectores mūdi: q2 dilectores mūdi regūt. tenebras vero vocat pctōres ſicut ꝛ glo. io. i. tenebre eū nō comprehēderūt. Terciū eorꝫ

inuiſibilitas ꝙ qua il[...] qua
ſpūalia.i.ꝗ ſpūales [h]oſtes.
Quartū eſt nequi[...]a ꝗ eos
po[...] .ibi.ne
quicie.et regit gtīs ille ex
vi poſſeſſiōis nequicia dia=
boli. Nequicia diaboli tan
ta eſt ꝙ inceſſanter ſitit ſā
guinē noſtrū. Gre.nihil ſe
feciſſe exiſtimat cū animas
nō ſauciat. Illud ꝓ quo pu
gnādū ē oſtēdit cū dicit in
celeſtib⁹.i.pro celeſtibus il
le quē diabol⁹ tentat debe
ret habere vnū oculum ad
patibulū infernale vbi ſu=
ſpendet ſi vict⁹ fuerit.⁊ ad
coronā regni celeſtis aliū
oculū qua coronabit ſi vi=
cerit. et non de facili debe
ret dicere malū vel bū pec
cato cōſentiēdo.pri⁹ debe=
ret velle occidi ꝗ vinci.exē
plo chriſti ⁊ martyrū. Ber.
in mūdo iſto quaſi in ſtadio
certaminis poſiti ſum⁹ vbi
chriſtus mortuus eſt.quiſ=
quis ergo hic liuorem vel
plagā nō ſuſceperit in futu
ro iudicio miles inglorius
apparebit. Nec ad celum
nec ad infernū oculos vi=
dent habere qui dicunt ꝙ
nō poſſunt cōtinere. cū enī
pro aliquo lucro tēꝑali vel
parua pena pctm̄ ſuū dimit
terēt: videt ꝙ pro tāto lu=
cro vel tanto dāno poſſent
illud dimittere. ſi oculos fi
dei ad hoc apertos habe=
rent.

¶ Item ſermo de eodē
verbo.cv.

ACcipite armaturā
⁊c.ad ephe.vi. No=
ta hāc armaturam
tripliciter eſſe cōmēdabi=
lem. Primo qꝛ ē dei vel a dō
datur. alia arma dantur a
tyrānis: ſed hoꝝ armorum
donationem deus retinuit
ad manū ſuam ſi honor eſt
accipere arma a comite vel
rege. Et tanto eſt honora=
bilius quanto princeps no
bilior. quantus honor erit
accipere arma a rege glo=
rie. Secūdo ī hoc ꝙ arma=
tura corporis ꝓprie ē arma=
tura ſerui vel cliētis. corp⁹
enī ſeruus ſpūs ē. arma ve
ro iſta arma militaria ſunt

que ſunt ipiᵒſpūs.ij.coꝝ.x. arma militie nr̄e non ſunt carnalia ſed poſita a do ad deſtructōnē inimicoꝝ. ¶ Tercio ꝑ hoc ꝙ ſunt arma luc; Ad ro.xiij. abijciamᵒ opera tenebrarū ꝛ induamur arma lucis. A; arma corpis aliqd videnꝛ habere honoris ex hoc ē ꝙ in tenebris manemᵒ. ex impotētia enī hoīs eſt ꝙ ex corruptibilibus rebᵒ q̄ eis ſubiecta debēt eſſe poteſtatē ſuā indicat. ad dedecᵒ enī hoīs ē ꝙ ex ferro vl' hmōi occideretꝛ niſi ſub armis eſſet. ſed armatura ſpūalis etiā ad lucē conſiderata taliū habet honoris. B Sequiꝛ. vt poſſitis reſiſtē. nō dicit impugn̄re ſed ſolū reſiſtē: quia diabolᵒ fugaꝛ ꝛ cōfundiꝛ ſi ei reſiſtaꝛ tētationi eiᵒ non cōſentiēdo. Jaco.iiij. reſiſtite diabolo ꝛ fugiet a vobiſ. Ideo dr̄.i.pe.v. cui reſiſtite fortes in fide. Diabolus cū ſupbᵒ ſit ſolē rebellionē dedecᵒſuū ꝛ iniuriam reputat. ſicut nabuchoḋ. iuḋ.i. qui i[...]rat ꝑ thronū ſuū ꝙ defen[...]eret ſe ab oībᵒ. nullus th[...]pugnabat eū ſ; iniuriā ſua re[...] [...]os ſuos vacuos remiſerant et nō obedierāt ei. Sequiꝛ In die malo. dies malᵒ dicitur p̄ſens tps. q: tētatio ē vita hoīs ſup terrā. iob.vij Sumiꝛ etiā eccs.ix. vbi legiꝛ. ſicut piſces capiunꝛ hamo ꝛ aues laq̄o: ſic capiunꝛ hoīes tp̄e malo. ꝛ ſupra.v. redimētes tp̄s qm̄ dies mali ſunt. vbi dicit glo. auguſ. ex quo lapſus ē adā ꝛ de paradiſo expulſus nō fuerunt dies niſi mali. quod oſtēdit puer qui naſciꝛ q̄ a ploratu incipit nec ridere pōr. ſtatī natus plorat propheta ſue calamitatis lachryme teſtes ſunt miſerie nō loquiꝛ et iā ꝓphetiſat. ¶ C Et in oīībᵒ ſtate pfecti. Ad hec ſunt arma iſta vt hō poſſit ſtare ī oībus tā ꝓſperis q̄ aduerſis. vtraq; enī fortuna hoīez deijcit. Dauid.xc cadēt a latere tuo mille et decē milia a dextr.tu. Gre.

cū oīs fortuna timēda ſit magis tñ timēda ē ꝓſpers ꝙ aduerſa. hec enim peruien [illegible] ātēdo ſe= ducit. ſicut illuminans ma gis amād⁹ eſt excecāte. ſic adūſitas ꝓſperitate. Ecci vij. melior eſt ira riſu: ꝑfe= ctio ſupple in virtutib⁹. hō ſine virtutib⁹ imꝑfect⁹ d= eē ꝙtū ad bonitatē ad quā multū ei deeſt. ſicut denari us falſus nō ē cēteſima ps denarij ꝙtū ad bonitatē. li cet in figura ꝑfect⁹ ſit. non enī valēt cētū denarij falſi vnū bonū denariū. ſic enim vn⁹ mal⁹ hō vix ē milleſima pars hoīs ꝙtū ad bonita= tē. iux illud eccī. xvi. melior eſt vn⁹ timēs deū ꝙ mille filij impij. imo in valore ni= hil reputant. iux illd. i. cor. xiij. ſi charitatē nō habeā nihil ſū. Et ſm pſ. xiiij. ad nihilū reduct⁹ eſt in con= ſpectu ei⁹ malign⁹. ſicut a= liquis dolet tm ſibi deeſſe vnū pedē. ꝙtum dolere de bet qui tm videt ſibi deeſſe ad ſuā bonitatē. ¶ Ad ꝑfectionē monemur gene. xvij. ambula corā me ⁊ eſto ꝑfect⁹. ſtate ſuccincti lum bos vr̄os. vbi inuictū reli= quit apl̄us in milite chriſti armat caput galea ſpei. pe des ſanctoꝝ exēplis. corp⁹ lorice iuſticie. in manu ſini ſtra poſitū ſcutū fidei. ī ma nu dextra gladiū ſpūs qđ ē verbū dei. et ne arma deflu ant ⁊ oneri ſint poti⁹ ꝙ ſa= luti. monet vt ſuccingatur miles chriſti. dixit ſtate ſuc cincti ⁊c̄. i. cauete ne deiici amini. ad qđ multū valet pauꝑtas. Gre. ꝗcūqȝ ad fi= dei cōgregationē venim⁹: certamē ꝯ malignos ſpūs aſſumimus. nihil aūt mali= gn⁹ ſpūs in hoc mūdo poſ= ſidet. nudi ergo cū nudo in hoc mūdo luctari debem⁹. nā ſi veſtit⁹ cū nudo aggre diat luctā: citi⁹ ad terrā de ijcit qꝛ hȝ vnde teneat. et qꝛ virt⁹ diaboli in lūbis ei⁹ eſt vt legit iob. xl. iō poſt di xit ſtate ſuccincti lūbos ve ſtros. ⁊ iteꝝ. qꝛ caro ē hoſtis familiaris ⁊ iō magis timē

da.Michee.vij.ab ea q̄ dor mit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Et ſubdit. inimici homīs domeſtici eius
E Et notādū q̄ ſunt lūbi mētis.i.pet.i.ſuccingite lūbos mētis veſtre. et ſunt lumbi carnis.lu.xij.ſint lūbi veſtri precincti. vtroſq; oportet eſſe ſuccinctos. ꝓpter ſecundū vidit dani.x. hoīem cinctū ad renes auro obrizo. ꝓpter p̄mos vidit ioh.i.apo͞c.hominē cinctū ad mānillas ⁊ zona aurea que duo ſignificāt: continētiā mentis ⁊ corporis. Ad p̄cingendū carnis lumbos valet iuſticia ſiue carnis diſciplinatio. Ad p̄cingendū lūbos mentis valet fides que delectatiões carnis prohibitas venenatas oſtēdit. vnde iſai.xi. erit iuſticia cingulū lūborū eius: ⁊ fides cinctorium renū eiᵒ. Utrobiq; vero fortitudo ſiue firmitas ꝓpoſiti neceſſaria eſt. vnde ꝓuerb. in fine. accinxit fortitudine lūbos ſuos. Caro eſt velut veſtis t[...] prauo pāno q̄ ſemꝑ creſci[...] deſideria ſua a[...] tando[...]ū in ep̄la iude. ali[...]os miſeremi[...] mini odiētes eā que carnalis eſt maculatā tunicā. iō oportet eā p̄cingi. Job.xvi cū vulnerauit lūbos meos effudit ī terrā viſcera mea. Itē notādū q̄ oportet precinctos eſſe itinerātes: miniſtrantes: ⁊ pugnantes. q̄ tria ad quēlibet fidelē ptinent qđ dicit̄ in veritate vl̄ charitate. Cōtra hypocritas eſt q̄ ſolos lumbos carnis ꝓpter timorē hoīm p̄cingūt.
F Induti lorica iuſticie. iuſticia lorica dicit̄ q2 vndiq; munit hoīem ſicut lorica totū corpᵒ tegit ita iuſticia reddit vnicuiq; ius ſuū. Que aūt vnicuiq; debeamᵒ reqre in ſermone illo. debitores ſumᵒ nō carni. Iſaie.lix. indutᵒ iuſticia vt lorica ⁊ galea ſalutis in capite eiᵒ. Sequit̄. Calciati pedes ⁊c̄. Affectus ſcrōrū exēplis muniēdi ſunt ne terrā contingāt amore ali

[...]ius cõmodi tpal[...]. Die re.[...].prohibe ped[...]tuum a nuditate. [...] marcᵒ [...]cit ap[...]ndalus vel ſoleis calciati ne pes ſit nudᵒ. vel vt ſit tectᵒ a terra.i. nõ occulteᵗ euãgeliũ nec cõmodis terrenis inuitaᵗ in p̃paratiõe ⁊c̃. Nota duplicẽ eſſe p̃parationẽ ad euãgeliũ. Pꝛia eſt bona opatio. priᵒ eni eſt agere q̃ž docere. Lu.vlt. potẽs in opere ⁊ ſermone.i.thim.iiij. attẽde tibi bene viuendo ſcʒ ⁊ doctrine. Alia ẽ p̃paratio ſtudij. de vtroq; eccl.xviij. ante iudiciũ para iuſticiã: et anteq̃ž loquaris diſce. Specialiter p̃dicatoꝛes euãgelij opoꝛtet eſſe cõtẽptoꝛes terrenoꝝ qui ɔtemptũ terrenoꝝ p̃dicãt. Vocaᵗ autẽ euãgeliũ pacis qꝛ pacẽ affert pctõꝛibᵒ valde honorabilẽ. vult eñi oĩa deus eis remittere ⁊ pꝛeter hoc pacẽ coꝝ regno celoꝝ emere. quid ampliᵒ deberẽt q̃rere ſi etiã deum haberent in carcere ſuo. ⁋ Sequiᵗ In omībᵒ ſumẽtes ⁊c̃. Nota q̃ž fides eſt armatura aliarũ virtutũ ſicut ſcutũ aliorũ armoꝝ. ſcutũ eni ꝓtegit loꝛicã ⁊ cetera arma. Itẽ ſcutũ triangulũ eſt: ⁊ fides quodãmõ triãgula ꝓpter trinitatẽ ꝑſonarũ: vel pꝛopter tria opera dei que ſpecialiter nobis fides oſtendit: redẽptionẽ ⁊ dãnationem maloꝛũ ⁊ bonoꝝ remunerationẽ. tẽtatiões diaboli dicunᵗ tela quia ſubtileſ. Ignita vero qꝛ ad malũ accẽdũt. Iob.xli. halitus eiᵒ pꝛunas ardentes facit ⁊c̃. Sequiᵗ. Et galeaʒ ſalutis aſſumite. Galea diciᵗ eẽ ſalutis qꝛ ſaluti maxime neceſſaria. Seruat enĩ membꝛũ illud qd̃ maxime neceſſe eſt ſeruari caput ſcilʒ. ſic ſpes deũ ſeruat in homĩe ⁊ celeſtẽ intentionẽ in operibus: ſine qua opera nõ ſũt ſalubꝛia. pa ad theſſa.v. induite loꝛicam fidei ⁊ charitatis ⁊ galeã ſpem ſalutis. Matthei.x. eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes. Serpẽs

caput ſeruat ſup oīa mem-
bra.ſcutū caput ꝓtegit ꝗc
quid in via nobis aduerſi-
tatis acciderit toleramus
Sequit. Et gladium ſpūs.
glo.ſic gladi⁹.nr̄ ita eſt acu
tus ꝙ eū quē ferit a mūdo
diuidit. Ad heb.iiij.viuus
eſt ſmo dei ⁊ efficax ⁊c̄.hic
gladi⁹ ſūme neceſſari⁹ ē p̄-
latis ꝗ habēt alios defēde
re.Cāti.iij.en lectulū ſalo-
monis ⁊c̄.ita.i.macb.iij.dr̄
de iuda ꝙ protegebat ca-
ſtra gladio ſuo.

¶ Dñica.xxij.poſt octa.
penthec.ſermo.cvi. A

Onfidim⁹ in domi-
c no ieſu. ad philip.ij
q: qui cepit in nob
op⁹ bonū: pficiet vſ ꝙ in di
em ieſu chriſti. Hoc verbū
dicit apl's philippēſib⁹ qui
bonā vitā inchoauerāt. et
eſt hoc verbū ꝯ quoſdā de
virtute hūana cōfidentes:
nō ſic apl's ſed cōfidebat in
dño. Fatu⁹ eſt ꝗ in eo confi
dit ꝗ ad bene cogitandū ex
ſe nō ſufficit.ij.cor.iij. non
ꝙ ſufficiētes ſum⁹ cogita-
re aliq[...] ex nobis q̄i ex nob
metipſi[...] ꝫ ſufficiētia nr̄a ex
deo ē ta[...] maledict⁹ eē vi-
det.iux̄ illud [...].xvij.ma
ledict⁹ hō qui cōfidit in ho
mine talis edificat ſup ha-
renā vnde corruit ei⁹ edifi
ciū.ſed qui in dño ꝯfidit ſu
pra petrā edificat vnde ſta
bile ei⁹ edificiū. Viere.xvij
bñdict⁹ vir ꝗ cōfidit ī dño.
ſicut ꝗ ꝯfidit in diuitiis hu
ius mūdi corruet. Prouē.
xi.Sic ꝗ in hūana ꝟtute cō
fidit. Prouē.xij.qui cōfidit
in cogitatōnib⁹ ſuis impie
agit. Job.viij. et ſicut tela
aranearum fiducia ei⁹.De
hac materia require in tra
ctatu de ſupbia in ca. de p̄-
ſumptiōe.et in illo ſermōe.
ſufficiētia nr̄a ex deo ē .B
Secūdū eſt verbū ꝓpoſitū
cōtra quoſdā qui de bonis
inchoatis malū ꝓphetant
vel qđ durare non poterit.
vel aliq̄d aliud. nō ſic apl's
ſed poti⁹ cōfidebat ꝙ ꝗ bo
nū op⁹ incepat pficeret.ad
heb.vi. cōfidim⁹ de vobis
dilectiſſimi meliora ⁊ vici-

niora saluti.ad gal.v[illegible]onsi do in dño q nihil al[illegible]d sapientis cũ nõ soleã[illegible]apientes inc[illegible]q nolũt pficere. Credẽdũ ẽ q deus velit pficere bonũ qð inchoauit nisi p culpã hoĩs impediaꝛ. sed coꝛ malũ libenter malũ psumit. Eccl.xvii. oculus malus ad mala. ¶ Tercio ẽ verbũ ppositũ ꝯ quosdam q sollicitti sunt de inchoatione alicui⁹ boni et pro hoc deo instãt in oꝛone et in ipo de ei⁹ inchoatõne cõfidũt. postq vero bonũ ẽ inchoatũ nõ cogitãt de ei⁹ cõseruatiõe: nõ instãtes dño in oꝛone p hui⁹ sed de seipsis psumẽtes nõ attẽdẽtes q nõ minoꝛ est virt⁹ q q̃re re parta tueri. ⁊ cito bonũ amittiꝛ nisi a largioꝛe custodiaꝛ. vt dicit greg. glosa aug. sup illud pficiet coopãdo. de⁹ ĩ nobis pficit qð opandus incipit. qꝛ ipe volẽtib⁹ opaꝛ incipiẽs: q volẽtib⁹ coopaꝛ pficiẽs. Aug. sine deo vel opante vt velimus vel coopante cũ volumus ad bona pietatis opa nihil valem⁹. de⁹ ẽ alpha ⁊ o. apoc.i. id est: pricipiũ ⁊ finis. bona ei ⁊ inchoat ⁊ cõsummat. vñ in ps.lviii. mĩa ei⁹ pueniet me. Et iter ps.xxii. mĩa ei⁹ subsequeꝛ me.

